perimitur. Cuius cruore perfusus equus in quo
sederat: domum suam usque pervenit. Super quo
familia eius obstupefacta. sacerdotem adijt
consulendi gratia. Illico pariter versus locum ubi mi
litis corpus iacebat examine quo citius pote
rant properarunt: sacerdote secum deferente mu
nimine communionis eukaristie sacre. Cum autem ad
locum pervenissent: caput divisum a corpore reperiunt.

Accedentem vero propius sacerdotem caput sic allo
quitur prefatum. O dei famule domini et saluatoris
mei baiulus. accede huc ne pigriteris: per te
vtriusque hominis potero recipere sospitatem. Pres
biter itaque territus credebat fantasma esse: et
propius verebatur accedere. Tunc iterato caput
diuino nutu. et beate barbare amiculo. loqui ad
didit inquiens. Accede huc et iunge me cor
pori meo: et meritis domine mee beatissime bar
bare in eo qui est omnium salus sanabor. Quo pre
ces complente miles surrexit: nullaque in eo
vulnerum cicatrix remansit. Quique veridica
locutione narrauit. quomodo xpi sponsam sanctissimam
barbaram eius vigiliam ieiunando. et diem preclarum
solempnizando habuisset deuotissima in veneratio
ne. et ob id ipsum defenderat. ne vera confessio
ne facta fraudaretur sacramentali viatico: sed et
ut post mortem eterno fruatur gaudio. His dic
tis miles confessus presbitero. dominici corporis sa
cram suscepit comunionem: et sic guerra paci
ficata meritis illustrissime virginis et martiris
barbare requieuit in domino.

Sceleratissimus homo quidam in malicia sua
ducens gloriam potenter iniquitatem exer
cens quasi semper cogitauit nequitiam:
ut nouacula acuta dolose egit. Ideoque des
tructus fuisset in finem et deletus de terra viuen
tium: nisi misericordia adeet illius qui pro peccatoribus dig
natus est mori. Eius namque instinctu seruicio
sponse sue beate barbare se mancipauerat:
ut qui ductus consuetudine cotidie aliquid deuo
cionis pro suo modulo ei impenderet: non tamen a
malicia destitutus. Accidit vero ut eius nequicia

iusticie innotesceret sancte ciuitatis colomensis:
a qua captiuatus dum suas fateretur nequicias
morti adiudicatur traditurque iugulatori
ut moris erat illi patrie ponendus viuus super
rotam. Ille insuper eius custodia iudicatur
usque dum tempore completo quo fregerant spi
nam dorsi cum tibiis turpissima morte vitam
finiret. Ipse vero iudicatum adimplens: die
illa nocteque sequente eum custodiuit. Sed deus
cui proprium est misereri semper et parcere meritis
preclarissime sue sponse barbare. non angelum
non archangelum aut quencumque supercelestium
ordinum quinymmo propriam dignissimam matrem
legauit: non sine prefata sua sponsa barbara.
Que etenim mater miserarum et totius consolacionis:
peccatorem non abhorrens blande leniterque alloqui
tur dicens. Confide nam pro impenso seruicio caris
sime adolescentule nostre barbare non potes pre
ueniri morte. donec digne confessus fueris
et munitus viatico corporis et sanguinis filii mei:
attamen multa es pressurus prius quam hec conse
quaris. Non ergo dubites sed confortetur cor tuum
et sustine: fiduciam habens in me et sponsa filii
mei barbara michi dilecta. His allectus ver
bis et tantarum presencia confortatus resumpsit vi
res ad modum illius qui dicit. In domino sperans
non infirmabor. Indubitanter vero teneo hoc
promissum fore domine mee sanctissime barbare: et
in me et in omnibus suis oratoribus expleturum. Re
uolutis autem die iugulator ipsum forciorem cernens
et hylarem: fremuit in seipso et mente agit propri
am. Inuidus namque bono alieno dentibus stridet:
nec reueretur duplici contricione ferire proxi
mum. Nempe dolet diuciorem solito vitam paciem

tis ⁊ simulq; prorogatam custodiam. Et spiritu neq;
cum saul agitatus ⁊ lancea tamen suerberat dictum
penitentem nouendecim ei vulnera infligendo.
Quo cruciatu lesus miserabile emittit cla
morem ⁊ ad quem confugiunt plures equites et
pedestres gratia liberandi ⁊ existimantes ne forte
quis ibi vita aut rebus spoliaretur. Inibi ve
ro circa auroram cum peruenisset dixerunt. Hic
si aliquis est in nomine domini loquatur. Iugulatore
autem effugiente ⁊ iudicatus ille qui erat super
rotam locutus est. Ego huc sedi super rotam
iam sunt quatuor dies elapsi ⁊ meritis tamen
beatissime barbare mori nequeo quoadus
que confessus eucharistia sumpta actu confortatus
fuero. Et hoc idem inquit a beatissima vir
gine maria matre domini et eius alma sponsa
barbara oretenus accepi. Narrauit etiam
de ferocitate iugulatoris ⁊ et plagis que in
flixerat. Quibus auditis propere tendunt colo
niam ⁊ que audierant et viderant voce precona
et fama publica enodando. Populus hiis
attonitus clerus vero spiritali gaudio reple
tus deum collaudantes super iudiciam iusticie sue
processionaliter ad locum usque deuenerunt ⁊ et an
nuente iusticia penitentem cum rota coloniam detu
lerunt. Quo de rota amoto ab eius perceperunt
ore quare et quomodo a dei genitrice piissima con
fortatus esset et beata barbara ⁊ ac pro seruici
o eidem ut premittitur impenso mori nequiret
nisi confessus sacrosanctoque munitus corporis et
sanguinis xpi sacramento sicut nec eandem mar
tirem venerantes valent. Postmodum vero
confessus sacrum domini corpus deuotissime suscepit.

scamq deo aiam tradidit. Huic at nota
bilis sepulturam in eande scam ciuitate manet.
ad honore dei cuius mie no e finis: et laude
sue sponse beate barbare promocionemq sibi
deuote et constant famulanciu oratoru usq
in hodiernu diem.

In monasterio quide dicto parreke dnoru in
brabancia iuxta louaniu premonstratensis ordi
nis erat quida monachus deo dicate virgi
nis et martiris barbare seruicio peculiari
ter et intente deditus: qui equitans in aqua
sibi ignota vna cu equo intrauit minus a
gens caute. Forte hoc deo prouidente: ut exim
e martiris merita delucidaret beatissime
barbare. Quo fundu petente et demergente:
pulcherrima affuit domicella. monachu
cu equo educens ad pristina. Qui cu in secu
ru et tutu positus eet: cu oi timore et hono
re que na foret domicella requisiuit. Cui
illa blande et pie arridens ait. Ego sum
dni nri ihu xpi famula barbara: tu michi
multociens grata obtulisti obsequia et ideo
perire no poteris deo hoc gra sua instituente qdiu
michi deuotus prstiteris. Ea ppter deuocior denuo
excellentissime virgini et martiri barbare ex
citit: ut postmodu abbas i monasterio eode
factus ipam speciali deuocione coluit et ad ea
deuote colenda alios p posse instigauit: se
per memorie miraculu hoc reducendo.

Quida legem dei
ignorans catholicamq ecciam. insup
et retribucione eterna: gene gygas
ritu gentilis maxima deuocione ad xpi famu

lam habuit btissimā barbarā et p posse ei
honorē exhibē decreuit. Oī vero die anni
uersarij virginis p̄libate per magnas elemo
sinas i eius honore largiebatur. nā illū die
scilicet passionis eius p̄cipuū ac venerabilē
ex relatu aliquorū reputabat. Illo potius
pietate et leticia p̄ ceteris insudauit: oībus
diebus vite sue. Gygas eī iste nō ille qui a
sūmo celo egressus eius: tamē meritis beatissi
me barbare ad celū tendūt gressus eius. Adue
niente igitur tr̄mino quē deus posuit nec ē qui
transgredietur. gygas a quodā captiuatur i
bello et sentēcia capitali plectitur. mādā
turq; caput sepulture: datus obliuioī tamq̄
mortuus. Miranda cū deuocione p̄missorū
dei infallibilitas: nō minus sponse xp̄i barba
re virtus et dilcionis integritas. Post sexa
ginta at̄ ānos fossores quidā fodientes i loco
sepulture: caput magnū et pulcherrimū
coopertū coma decētissima recens ac si illo die
fuisset abscisū inuenerūt. Quippe mirātes
obstupefcti sūt: et adeūt illius dyocesis epm̄
rem gestā ventilādo. Is vero hoc sine mag
no misterio ēē nō posse aīaduertens diui
nū cucurrit ad auxiliū: qui et ieiunū suis
et orōnes indicauit. Quibus pagratis: pro
cessionalit̄ cū omī deuocioē qua decuit et
timore accessit ad spectaculū. Et inuēto capi
te adiurādo illud in noīe scē et i diuidue tri
nitatis respondē sibi p̄cepit cuius eēt caput:
quo tempore ibi fuisset. quanā virtute tā
recens p̄mansisset. In instāti caput respō
dit dicēs. Ego pagani cuiusdā sū caput et
gygātis: et hic p̄ sexaginta ānorū curricula

iacui prestolans dn̄i dei volūtatē. ꝓfectoq̄
noueritis me fuisse dāpnatū: sed ꝑseruatꝰ
sum ꝑcibꝰ btē et gloriose virginis ac mar
tiris barbare iuxta eiꝰ peticionē neq̄ mor
tē gustare valeo: quoadusq̄ baptismatis sa
cri ꝑcepero sacramēta et penitēcie. Tūc oī
bꝰ benedicētibꝰ deū et glorificātibꝰ btissimā
eiꝰ sponsā barbarā: ēpus ipm̄ baptizauit.
Quo ꝑcepto confessꝰ est et penituit: nulli
q̄ dubiū q̄n etiā sacramētū eucharistie spū
aliter obtinuit cuiꝰ aīa cūctis astātibꝰ ꝑadisū
ascēdit. Illico vero caput admodū aliorū
sepultorū aridū mansit. Hinc laus diuīe
bonitati: et btissime barbare gloria et seruī
ciū ab oībꝰ ī eternū.

In vigilia nēpe natalis dn̄i et saluatoris nr̄i
xp̄i quidā mercatores et lanefici dei ꝑcep
tū nō reuerētes quo dicit sabbata stīfices:
ī portu sc̄i botulphi ī āglia cupiditate et a
uaricia excecati ad ꝓpria intebātur remeare.
Immēores vero tāte ac talis solēpnitatis:
intrauere nauigiū. Quibꝰ nauigātibꝰ: ille
cui vēti et mare subsūt et obediūt spm̄ pro
celle excitat ut demergat operarios iniqui
tatis: deuotos ꝑelcē sue sponse barbare btē
supaltās. Nā cū mediū silēciū tenerēt oīa
et nox in suo cursu mediū iter ꝑaget repē
tinꝰ ventꝰ ītonuit cōmotūq̄ ē mare ita ut
oīs spes euadēdi submersionē effugeret.
Pluribꝰ āt desperātibꝰ atq̄ mergentibꝰ va
se confracto: duo de louanio ī brabāncia spe
ciali diuturnaq̄ deuocioē flagrātes circa mar
tirē et virginē egregiā beatissiam barbarā.

lacrimabiliter fuderunt preces ad eam: quatenus
iuxta gratiam ipsi in sacra sua passione adeo
factam. ne eos sineret exire de huius flebi
li corporis ergastulo: donec confessi et contriti
communione eucharistie sancte munirentur.
Quorum precibus benignissima virgo barbara
pie prebuit assensum. Nox enim omnibus submer
sis et perditis: duo hii super duos asseres
maris in profluuiis undique volutabantur per tri
duum. Tandem meritis beate barbare: mortifica
tis pre frigore membris deuenerunt ad litus.
Quo peruenti piscatores inuenerunt quibus de
periculis et labore enarrant: supplicantes tam
humiliter quam deuote ut intuitu beate barbare eis in
pendant auxilium. Insuper asseruerunt se diuinitus
accepisse: quod de hac miserabili vita non egrede
rentur. nisi confessi corpus perciperent domini nostri ihesu
xpi: et hoc meritis alme virginis barbare.
Quibus auditis piscatores sacerdotem adeunt
et dominicum corpus baiulantem adducunt: cui con
fitentur penitentes infirmi. et cum omni deuocione
saluatoris corpus suscipiunt. Quique ilico
dominum laudantes intemerate virgini barbare se com
mittunt ultimum spiritum salutifere exalando. ex
equentes meritis eiusdem virginis illud euan
geliste iohannis. beati qui in domino moriuntur.

Accidit apud sanctam
ciuitatem coloniensem in ecclesia fratrum mi
norum quadam die quasi solempnitas sacra
tissime passionis agebatur alme virginis bar
bare: quod pplus concurrebat oblaciones mag
nas facturus. missarum sanctionem horarumque
diei officium sollempniter ac recordaciones tante

martiris per sacros sermones auditurus
ut moris est annuatim prefata in ecclesia. Pro dolor
quia cum essent congregati filii dei: affuit et inter
eos sathan. cum ecce ribaldus quidam astitit in
via de illorum numero qui locuti sunt falsa. quibus
furor ut serpentis et aspidis surde nolentis au
dire. quatenus bene ageret: in blasphemiam
prorupit dicens populo. Prevaleret michi dare
has oblationes: quam sancte vestre barbare. Profecto
miracula que de ea recitantur: ita sunt vera si
cut modo hic iaceo mortuus. Quem clamorem
ille non sustulit in punitum cui dicitur. Perdes
omnes qui loquuntur mendacium. Non enim viri san
guinum et dolosi dimidiabunt dies suos. Nec
mora cum eius capulus ulcione dei in cor proprium
infigitur et omnibus videntibus qui aderant exani
mis cecidit mortuus. Recordatus est enim dominus
misericordie sue sponsam suam beatissimam barbaram ho
norando et veritatis sue severe blasphemiam
in eandem virginem acrociter puniendo.

capulus

Sub illustri quodam duce
Gelrie reynaldo in novimagio opido
erat burgensis honestus et prudens:
qui religiosam valde duxit uxorem. Hos autem
plurimum dux diligebat: quia boni sui natura
allicit ad dilectionem sanctitas vero ad venera
tionem. Burgensis vero iste habuit in venera
tione maxima ab ineunte etate excellentissimam
xpi sponsam barbaram: eidem impendens singulis
diebus speciale servicium. et sperabat hanc habere
pro eo ante dominum deum mediatricem: forte previdens
in spiritu quia humano generi multiplicate sunt in
firmitates. Ideo dicit apostolus. Dum tempus

habemus operemur bonum ad omnes. Hic titubans
sensibus amisit quam habuerat discretionem ita ut
generali constitutione amicorum suorum unus ei
constitueretur tutor et pedagogus. Quadam
die vero mane venit toga indutus de ecclesia
ubi missam audierat: ut antea habebat consue
tudinem. Quique domum intrans accessit ad ca
meram solus sine pedagogo: ubi uxorem geni
bus flexis orantem invenit. Et videns cultellum
quem deferre consueverat acutum: accepit uxore
ignorante. Ponens itaque cultellum secrete sua
sub toga perrexit ad stabulum: ubi postea cum fo
ramine inveniens non pertruso penitus manubrium
cultelli infixit contraque cuspidem currens in ventrem
percussit: et corde perforato dorsum pertransivit.
Tunc sub toga tegens ad uxorem rediit. quod
fecerat ostensurus. Cernens hoc uxor eius pre do
lore clamavit: et cecidit exanimis. Quo
audito familia accurrens quoad poterat domine
sue obsequebatur: que in seipsam reversa ait.
Curam domini vestri habete potius: semet ei inter
fecit. Que quidem familia togam levans: quod fe
cerat inspexit. et stupefacta amicos convoca
vit: insuper et curatum pro audienda confessione
ut veniret rogavit. Is cum advenisset lesus
contritus valde confessus est devotissime et cum
magna instantia et humilitate petiit eucharis
tiam sibi ministrari: sacerdote metu iustitie re
pugnante. Prenotatus vero dux aderat in opi
do tunc eodem: et rumores audiens xpm imi
tans ad sibi subditum venire personaliter non des
pexit. Amor ei non coegit eum. In quem intu
ens paciens et lacrimabiliter et devote sup
plicavit. ut de suicidio quo meruerat temporale

indulgere dignaretur: et quia dei ~~pietate~~ pieta
tem beatissime barbare precibus se expectantem
esse fatebatur. Princeps egregius ad mo
dum ioseph pie commotus super dolore fratris vo
lens ecclesie obedire et discrete iusticie insudare:
sacerdotem ad partem duxit: diserte inquirens
an si super facto isto iusticie remitteretur ecclesias
tica sacramenta conferret illi cum sepultura.
Quidam sacerdos ad hoc respondit vere primo
domine mi. nam ad hoc compellor multis ex causis:
promissiones videlicet sanctissime virgini et mar
tiri barbare in hora mortis a domino deo collate.
quarum unam paciens iste obtinuit. Verum quia
magis discrete et cum maiori compunctione quam unum
quam audieram est confessus. Insuper domine et quia sine
aliis migrare nequiret iuxta seruicium ab ip
so eidem virgini impensum prout michi extra con
fessionem reuelauit: et potissime tante ac
talis virginis sacra absque nubilo recitauit
gesta. Huiusmodi auditis princeps deuo
tus cum gratia et laude dei beateque barbare: stipen
dia sceleris quo ad iusticie executionem penitus
deleuit. Tunc a sacerdote Iesus beneficio ab
solucionis cum munimine eucharistie sacre percep
to: signum edidit quod cultellus extraheretur. Quo
facto: spiritum deo reddidit. Quia vero admira
ri questionem parit et ut magnificencius mi
raculum dilucidaretur: impetratum est a duce et in
dultum quatenus mortuus aperiretur. Et sic fac
to compertus est cultellus per medium cordis transegis
se. Unde cyrurgici et alii naturales et astuti
existentes cum duce ibidem: asseruerunt dicendo hoc
esse supernale et vere miraculosum. Ex hinc dux p

fatus cum pluribus magnatorum et aliis deuotus
seruiens permansit beatissime barbare in ea
laudans dominum ihesum xpm.

Tres abbates ordinis cisterciensis de
frisia: ut moris est eorum ad capitulum
generale ire debebant. Unus vero e
orum abbas aluerdensis monasterii erat iuxta
gronynghen nomine iohannes. vir religiosus et
timens deum. Qui cum quoddam nemus periculo
sum plenum latronibus pariter et celeriter transire
deberent: vox horribiliter humana clamauit
de nemore in loco magis periculoso post
eos dicens. Domine abbas iohannes ob reuerentiam
et honorem nominis cristi adiuua me. Qui
omnes exterriti magis ac magis equos urge
bant calcaribus: ut illius loci horrorem citius per
transirent. Et ecce vox illa citius et attentius
iterum clamare cepit. Domine abbas iohannes:
pro nomine xpi adiuua me. Tunc abbas bis audi
to nomine xpi: plenus dei gratia et fortitudine con
uertit se ad locum in quo sibi videbatur vocem
audiuisse. Et cum ibi peruenisset: nichil in
ueniens dixit. O bone ihesu que poterat fore vox
que sub tuo nomine tantum supplicauit ut veniret.
Quique tandem circumspiciens vidit caput cuius
dam viri amputatum apertis oculis sub trunco cuius
dam arboris iacens: et dicens ita. Nullus terror
sit tibi pater: sed voca alios duos fratres: et in
dicabo vobis mirabilia que dominus operatus est in me
misero peccatore: per gloriosam virginem et mar
tirem suam beatissimam barbaram. Qui confestim ad
uocauit alios duos abbates: et eorum famili
am. Et cum stupore non modico aduenientibus:

caput coram ipsis ayt. Hec aiaduertite et
predicate: fui quondam satis diues mercator
et merces hinc inde deferebam: et cum ante tri
duum in hunc peruenissem rubum incidi in latrones
qui auferentes sicut in presencia cernitis caput
absciderunt: merces que abstulerunt. Et quia tan
tis obruta erat peccatis aiam meam: demones qui
grando de nubibus corruentes irruerunt ut eam
tollerent et perpetuo cruciarent. Sed ecce beatissi
ma virgo et martir barbara xpi assistens
me eripuit de faucibus ipsorum: propter modicum
seruicium quod ei deuote singulis exhibui die
bus et presertim in eius preclarissime passionis
festiuitate quam semper cum deuocione precipua
celebraui: et ideo veste sue claritatis me ob
umbrat. Et ut huius rei euidenciam plenius at
habeatis: tollite me a loco isto et deferte
ad corpus meum quod a dextris vestris non longe
in maiori densitate silue est coopertum et diligen
ter in nomine xpi me in locum pristinum adapta
te et ego surgens vobiscum pergam: quatenus
per confessionem puram perceptis ecclesiasticis
sacramentis: remissionem omnium percipere va
leam delictorum. Ad hos igitur sermones in
clinati predicti abbates: omnia que caput pecierat
in nomine xpi compleuerunt. Quique tunc tamquam il
lesus surgens festinabat cum ipsis ad quoddam
paruum opidum: ubi statim ecclesiam intrauit. Et
facta ibidem confessione domino abbati iohanni cum
lacrimis receptisque deuotissime eciam ecclesie sa
cramentis per plebanum: in presencia abbatum
cum eorum familia necnon pluribus aliis perso
nis secularibus ibi existentibus quibus optime no

tus erat: feliciter migrauit ad dnm.

Contigit in brabancia
mechilinie ubi corpus bti rumoldi
archiepi et martiris honorifice reco
ditur: quod in vigilia passionis excellentissime
virginis et martiris xpi barbare diuersi hoi
nes fuerunt in quodam hospicio multa de tam
bta virgine inter se recitantes. ita ut aliqui eorum
voluerunt ad honorem a carnibus abstinere. A
lii vero maiori compuncti deuotione sic facere vo
luerunt et cum hoc ieiunare verum quia perfecte in
tellexerant ex eiusdem virginis sacra historia quod
quicumque annuatim passionis eius deuote recordati
fuerint mori non possent absque vera confessio
ne. necnon sacramentali viatico. Quod hospes
eorum audiens temere dixit. Bonum feci assare
caponem de quo comedam et videbo si non tam
bene loquar confessionem et eucharistiam accipi
am antequam moriar sicut et vos. Qui quidem
hospes sanus corpore eadem nocte iuit cubitum
et altera die inuentus est mortuus in lecto.

Quidam bonus homo de bonaque
parentela natus ac deuotus existens
illustrissimam virginem ac martirem bar
baram specialiter dilexit: quam venerabatur
annuatim in vigilia passionis eiusdem per ie
iunium et orationes ymmo diem preclarum et sanctum mul
tis temporibus festiuando. Contigit vero quod ipse
in taberna sedebat pluribus cum sociis. ex vasis
bibentibus argenteis: et que dum sero colligere
tur. hospes se vnum perdidisse cyphum indicauit.
Quique ostio clauso neminem exire permisit:
donec omnes requireret singillatim. Et facta commo
cione magna in taberna. latro vero qui eum fu
rabatur in illa pressura posuit eum in saccum

illius boni viri predicti et permittens se tangi
ut non habens de ostio exiluit. Tandem ille bo
nus ut nocens capitur ad iudiciumque ducitur
ac tamquam latro suspenditur. Hinc luctus itaque
factus est omnium amicorum et aliorum tam magnus
quod nullus explicare posset. De sero autem cum grex
porcorum curreret ad hospicium: currentesque per
patibulum insequebantur eos custodes. Et ap
propiantibus ibidem: clamavit ille suspensus di
cens. Venite et deponite me quia vivo. Quod
annunciaverunt in civitate custodes: quapropter ac
currentes maiores et minores specialiterque a
mici et cognati invenerunt illum ut dictum est vi
ventem. Et inquirentibus ipsis quomodo hoc fieri pos
set suspensus respondit inquiens. Nori
non possum quia preclarissima ac martirum virgo
barbara tenet me et in manibus suis preci
osis sustentat. Illo etenim iusticia consencien
te de patibulo deposito: duo narravit. Pri
mum videlicet quomodo in festivitate passionis
alme virginis barbare semper ei singularem
exhibuit honorem et ei merito exhibendus est.
Secundum vero quomodo innocens suspensus esset et quod
ille qui hoc factum procuravit et invasit: pes
sima morte infra annum foret moriturus.
Qui cum cibum accepisset confortatus est domum
que suam intravit: et satis diu superviventes beatissi
me barbare denuo devocior permansit. Acci
dit autem postea breviter: quod ille nequam propter quod
dam homicidium captus mediante iusticia pessi
ma morte interiit: quique confessus fuit
quomodo in hosaccum cyphum illius iusti prenota
ti viri posuerat.

Tempore quo normanni venerunt na
uigantes per mare cum magna po
testate armatis manibus in flandria
ad locum usque qui dicitur terbaye prope kalgant
obuiauerunt eis flamingi: quique deuastaue
runt quasi omnes normannorum naues percuciendo in
eis existentes ad mortem. ita ut eorum sanguinis
effusione mare rubescebat. Inter quos nor
mannos quidam miles qui per longum tempus spe
cialiter seruierat beatissime xpi sponse barbare
cum magnis ac multis plagis submersus fuit
in litore maris. Hic autem habebat semper cor et
mentem ad beatam barbaram: stans coopertus totus
arena maris. vi vndarum et cursuum usque ad
per dies quindecim uel amplius. Qui etenim sic lan
guens: deuotissime pelcam dei virginem beatam
barbaram in iuuamen vere confessionis et eucha
ristie sacre perceptionis requirebat. Conuenit
itaque quod quidam piscatores tempore dum maris
vnde fuerunt retracte et in ea valde serenum
esset pisces intendentes capere: audierunt vocem
militis illius dulciter ac deuotissime clamantem
sic et deprecantem. O beatissima virgo et mar
tir xpi barbara cui tam diu seruiui non me
tradas obliuioni: sed per gratiam a deo cuncti
potente tibi concessam succurre michi pec
catori quatenus possim recipere vere confessionis
et eucharistie sacre inunctionis sacramenta:
antequam moriar. Qui audientes vocem tam humi
liter et deuote orantem: nunciauerunt illius loci
sacerdoti quod talem vocem audierunt: sed fan
tasma fore putantes. Discretus vero sacer
dos accepta stola et que ad sacrosancte eucharis

tie ptinet sacramentu ad locu usq cu naui
gantibus adiit: quiq voce ut pmissu est
audiens inibi accessit. ac milite e ultore ingra
na cu deuocione eleuauit. et audita eius co
fessione dnicu sibi corpus amnistrauit. Q
bus tam digne pactis miles i pace obdor
mies expirauit: corpusq eius apud clusa
i fladria decent fuit sepultu.

Pictor quida bonus sui officii magister.
quoda historia btissime virginis et
martiris xpi barbare pingebat: et
puemens punctu ad illu. q oues pastoris
in locustas fuerut verse: ut eius de scissie
virginis lucide veneranda continet historia
oblitus fuit ipe speciei et forme taliu besti
olaru: et erat tepore quo no poterat ule
niri. Quapropter pictor pdcus genua deuo
te flexit: rogans et deprecans egregia xpi
sponsa barbara. qtenus sibi dignaret oste
dere spem et formula earudem. Et hoc
orante eo: aduenit ptinus locusta saltan
do an eu. Qui bn respiciens notauit spe
ciem eius et formula et i quoda ea pixide
clausit: et sic vlterius historia pingebat
ut vnicuiq ea intueti videbat q locuste
secudu pdicta figurate qi viuentes essent.
Insup et cu iteru pictor ad pixide pueit:
nichil ibide inuenit illo attu clauso.

Erat qda vir apud almania
ptibus hassie i oppido vulgariter dicto
vuolfhage: q p maxima maxia
in deuocione xpi sponsa habuit beatissima
barbara singulis diebus eide ipendens spea

le orōnis suffragiū vigiliāq; passiōis sue
ānuatim ieiunando ac diē scm̄ ut merito
decet solēpnizando. Qui quidē vir dum
dyabolica victus suggestione feminā quā
dā violēter oppresserat: accidit ut p eo
a iudice captulatur. suasq; fatens nequicias
iusticia p̄sidente morti adiudicatur. ac
tortori traditur. ut moris ē illi prīe stipite p
mediū ventris firmissime ī terrā tr̄affigē
dus. Insuper a iudice quibusdā eius indi
citur custodia ne exinde tolleretur: sed ut
ibidē in tāto diligenter custodiatur supplicio.
donec ut p̄missum ē turpissima morte
vitā finiat. Quo cruciatu dies per tres le
sus ille miserabilē ad p̄tereūtes et tr̄aseū
tes emittit clamorē. quiq; vero p̄cipue cus
todes sic alloquitur dicēs. Qd p̄dest q̄ me
custoditis. Meritis inq̄ scissime barbare
dn̄e mee et ob seruiciū per me eidē ipen
sum mori nequeo. quoadusq; pure cōfessus
ac sacramēto corporis xp̄i munitus fuero.
Audiētes quippe hoc custodes iudicē adeūt:
qd audierāt et viderāt publice notificando.
Hinc etēi iusticia ānuēte pariter et iubēte
eū de terra amoueri. necnō sacerdotē dn̄i
cū corpus baiulātē sibi adduci. Iesus ille de
uotissīe ē confessus: q̄ tūc oīmoda cū alacri
tate saluatoris nr̄i corpore suscepto. obdor
miuit in pace: aiāq; eius ī p̄petuū cū tam
gloriosa virgīe barbara regnatura celum
ascendit.

In eodē territorio non multū distanter oppi
do a p̄dcō corruit turris magna cuiusdā

notabilis castri ꝓpt' eiꝰ debile et minus i
uetera̅tu̅ fundamentu̅ cu̅ q̄ pariter quedā ce
cidit domicella ibidē familiaris existēs pe
disseq̄. Hec etēi domicella tātu̅ lapidibꝰ
et terra onerata erat. eā tōlit' opprimētibꝰ
et operiētibꝰ: q̄tu̅ cētu̅ cōtinē plaustra
estimātur. Qd' ꝑcipiētes q̄dā ut eā a tā
to liberarēt onē mīa moti laboratores cō
stituerūt: q̄ cu̅ curribꝰ et carrucis lapides
vna cu̅ t'ra inde portarēt. q̄tenꝰ eā a mor
tis si fas eēt periculo cōseruarēt. Tali ita
q̄ labore circa domicelle sublevamē ipendē
du̅ per diem nālē durāte: tandē fere ad e
am ꝑuētu̅ ē. cuiꝰ quidē mēbra oppressioē
p̄mīna lapidu̅ et terre oīno erant morti
ficata et fracta: sed voce magna extlama
bat dicens. Nolite expauescē: viuo ego
nec mortē gustare valeo. donec prius sa
lutaris penitētie ac sacrosci corpis xpi sa
cramēta ꝑcepero. et hoc ꝓpter seruiciu̅ licet
modicu̅ per me btissime virgini et marti
ri barbare oblatu̅. Quibꝰ intellcis adductꝰ
ē ei presbit' q̄dā eiꝰ audiens cōfessionē
ac dīna corpis sacramēta sibi āministrans
cōmūionē. Hijs vero sic rite cōpletis domi
cella mox expirauit. scamq̄ deo aiam red
didit.

Iuuenis quidā diues orphanꝰ existens ser
uicio sponse xpi btissime barbare se man
cipauerat intantu̅. q̄ q̄i ductꝰ cōsuetudine
dictu̅ aliq̄d seruicij eidē deuote ipenderet:
et p̄serti in eiꝰ recolēde passiōis solēpni

tate. Hoc aut inuidiose gerens. dolosequ fal
sa sua instigatione cupiens dyabolus animarum p
do superseminare zizania: consanguineis et
amicis iuuenis persuadendo quatenus eidem de vx
ore prouiderent sibi ac suis proficua et hono
rabili vnde liberos et heredes procreare posset.
Inimicus vero virtutum dyabolus non ea de ca
sa hoc procurauit. sed sub spe ut seruicium per
eundem beatissime virgini et martiri barbare
offerendum impediret. Sperauit namque ut tantum di
lectionis et amoris coniugi adderet quod de cetero
alme virginis barbare famulatum postponeret.
Et factum est dum consanguinei et amici iuue
nem ad vxorem ducendum sedule requirerent et
quodammodo astringerent: quod eorum annuit petici
oni. Porro concordatio fit per eos quandam
in domicellam vnanimi consensu: cui ipse ma
trimonialiter copulari debet. Interea visum est
iuuenem noctis silentio suo in sompno: se in quo
dam ameno fore pomerio. ubi quamplures pul
chras et opulentas cernebat puellas domi
cellas quarum vna singularis pulchra primo in
imum decora erat que suam abscondens faciem
eidem dorsum continuo vertebat. Hanc igitur
indignationem quedam alia precipua considerans
puella domicella: ab ea petiuit cur taliter in iu
uene foret offensa. Cui illa. Hic meo de
uote insiste solitus erat seruicio: nunc aut alia
quedam inchoauit. quibus implicatus michi amodo
seruire nequaquam valebit. Insuper rem gestam
de matrimonio ut prius habetur contrahendo ei
dem per omnia enarrauit. Que cum hoc audis
set: optulit se velle huius esse negocii medi

atricem. Et accedens ad iuuenem causam quare
talis domicella sibi hanc indignacionem exhibu
isset: diligenter ab eo perquisiuit. Iuuenis ve
ro hoc penitus ac earum nomina se ignorare affir
mabat. At iterato illa eum sic aggreditur dicens.
Amice noueris nos omnes creaturas esse celestes
que nempe tibi huiusmodi exhibet indignacionem sanctis
sima est sponsa domini nostri ihesu xpi barbara.
quam te scias incepisse grauiter offendere verum quia eius
postposuisti obsequium aliis intendendo. Et sic
eidem quare et quo dyabolus matrimonium prenotatum
procurasset declarans inquit. Si nosse velis que
nam sim ego profecto tibi patefacio: quoniam vocor
katherina domine tue beatissime barbare familiaris
consocia. prona existens si libeat apud eam meis
te sibi reconsiliare precibus. Quibus allectus verbis
humiliter respondit se fore paratum omnia excellentissime
virgini barbare displicencia pretermittere: dummodo
eius possit rehabere gratiam. Beatissima igitur vir
go katherina eum cum manu accipiens ad predilecte
sue ingrem et domine alme barbare perduxit con
spectum: pollicendo quatenus veniam ab ea consequere
tur. Quid tunc? Piissima quippe virgo barba
ra iuuenem suam preclaram ostendens faciem: e
um ad familiare eius recepit consorcium. dicens
sibi ut domui sue disponeret/ nam in breui de hoc
esset seculo migraturus: ac vna secum vitam
beatam eternaliter possessurus. Et excitatus
iuuenis: noluit quod sibi dormiendo visum fuerat illud
sompnium sed veridicam reputari visionem. Quique
de mane suos conuocari faciens consanguineos

et amicos dixit se nequaquam processui consentire
matrimoniali. alia propter quedam tempore sibi
interdum occurrentia. Illico iuuenem quedam inua
sit infirmitas. qui per sacerdotem mittens. hanc
eidem enodauit visionem. a quo etiam ecclesiasti
ca salubriter sue domui disponendo suscepit
sacramenta. Hinc hiis deuote perceptis deo
beatum suum tradidit spiritum. requiem cum egregi
a virgine barbara adepturus eternam.

Fuit quidam negociator
qui nauigandi causa suis cum sociis na
uim ascendens transfretare intendit. Por
ro quia cum per aliquod temporis nauigare ceperit.
impetuose surgens ex casu extra nauim in mare
dilapsus est. Socii hoc vero sui videntes et
iuuamen ei nullum porrigere valentes vltra pro
cesserunt omni spe priuati. quod nunquam essent suum vi
suri socium. Mira res et omni admiratione predi
candum immensa xpi potestas. Immo et quanta apud
ipsum sit beatissime sponse ac martiris sue
barbare auctoritas. cui iste annuum solitus erat
exhibere seruitium. Que quidem virgo ista in
tanto mortis periculo constituto protinus subue
niens. eum ne mergeretur supra fluctus aquarum
quod est supernale tenuit. quousque alii superueni
entes nauigio eum periclitantem et ad sanctissi
mam barbaram speciali deuotione clamantem audi
uerunt. Qui vero tunc pietate moti nauim
suam velocius ad eum duxerunt introrsusque e
um trahentes incolumem seruauerunt. et sic
prospere de cetero progredientes ad portum beata
ducente barbara. citius quam nauis ex qua anxiatus

cecideat peruenerunt. Is autem deo et alme vir
gini barbare gratias agens reuerentiamque illis
qui eum liberauerunt exhibens nauim exiit: et sup
litus stans inter omnes naues suam non reperit. Qu
dum sic stabat ac per oculorum intuitum nauim suam
inquirebat: mox peruenit ad ripam et eam agno
uit esse propriam. Tunc vero quidam ex illa ad suos
dixit socios. En nostrum video consocium: quem es
timamus in mari fore submersum. Alii autem dice
bant nequaquam sed similis est eius. At ille. Vere
ipse est. Quique tunc ad terram venientes et ipsum esse
non dubitantes: diligenter interrogauerunt quo
tam horribile mortis periculum euasisse pote
rat: cum a procellis maris eum minime dubitassent
fuisse absortum. Respondit eis. Solitus sum
et iam pluribus excolui annis vigiliam passio
nis gloriosissime virginis et martiris xpi
barbare deuote ieiunare: et diem eius sanctum pro
posse solempniter celebrare. In cuius dignis
simis confido meritis quod ab hac non discedam
vita: nisi prius ecclesiasticis munitus fuero sacra
mentis et sic meam domino animam commendabo.
Deinde recitauit eis qualiter alii nauigantes
virginem mediante prehabita subuenientes eum
a fluctibus marinis eripuerunt: et in litore
ut cernere poterant illesum restituerunt. Igi
tur negotiator iste sacratissime virginis ac mar
tiris xpi barbare per amplius denuo se mancipa
uit obsequio

Factum est autem ut quadam in die recolende pas
sionis beatissime virginis et martiris xpi bar

bare. quidam frater heremitarum regule sancti augus
tini predicaret in ecclesia sancti iohannis ewan
geliste apud furam in brabancia historiam iam dicte
virginis barbare. ut multis in locis est consue
tum. Qui siquidem predicator in fine sui sermo
nis subscriptum miraculum de eadem virgine
predicabat dicens. Erat quidam vir in duca
tu iuliacensi vilis et inutilis vivens ut puta
porcus. nulli quam suis gule et ventri amicus.
Is namque cotidie bibendo et comedendo suum
gulose ingurgitabat ventrem. timens se
nunquam saturari posse. Cumque prefatus potor
solus nocte quadam in sua domo iaceret
ebriosus prout sibi consuetum extitit. accidit
ut casu inpuiso domus eiusdem potoris una
cum aliis suorum vicinorum quam pluribus de propriis
suis ignibus incensis arderet et an dictus vir
qui seipsum per nimia repletione et ebrietate
iuvare non poterat. comburetur in eadem. Cuius
siquidem potoris amici ad dictam domum tunc qui
penitus concremata accurrentes ac de morte
ipsius viri timentes. ipsum totaliter fore combus
tum perceperunt. Post lapsum vero unius anni
et amplius heredes prenotati viri volentes de
novo reedificare super domi stadium domus an
dicte. convenerunt cum quodam operario certo precio
mediante. ut immundicias pecias lapidum et
consimilia abinde removeret ac deponeret.
Cum ergo iam dictus operarius in eodem labora
ret opere. audivit vocem dicentem sibi. Noli
fodere profundius. Operarius autem hoc audi
ens minime curavit. sed fodit ulterius.

Quapropter eandem denuo audiuit vocem sibi ut
prius dicentem. Noli fodere profundius. Et tercio
audiuit eandem vocem in hec uerba. Tu mihi nimis
appropinquas fodiendo. Tunc vero operarius stu
pefactus timens quod malus spiritus huiusmodi fecis
set voces: dixit. Benedicite. quid est ibi?
Vox autem respondit inquiens. Dominus. Ego sum
vir ille: qui hic habitare consueuerat. Operari
us dixit. Quomodo posset hoc esse: vir etenim ille quem
te dicis in loco isto fuit combustus ad cineres.
Cui vox illa. Verum dicis: penitus ego tunc
fui combustus lingua mea dumtaxat excepta:
que adhuc viuens et illesa permanet. nec mori
poterat sine vera confessione dignaque sacrosancti
corporis domini nostri ihesu xpi perceptione: quia licet ego
toto tempore vite mee incuriose ac indiscretis
sime vixerim non tamen pretermisi. quin domine mee sancte
barbare beatissime virgini ac martiri xpi a
liquod speciale seruicium licet exiguum cotidi
e impenderem: que dignissimis suis precibus ad
dominum nostrum ihesum xpm pro me fusis impetrauit
ut ipse michi parceret miserando. Quibus au
ditis: prelibatus operarius maxima cum festinatione
recedens cucurrit ad illius loci curatum: sibi que
audierat notificando. Curatus autem ille in dila
te non modica cum admiratione et deuotione
sacerdotalibus indutus hostiamque immaculatam sa
crosancti corporis xpi secum deferens. properauit vna
cum viro sequentibus se multis ad domisticadium pre
notatum: eandem vocem alloquendo. Vox autem sibi
copiosa hominum multitudine audiente respon
dit: velut antea fecerat operario. Sed cum
memoratus operarius suo cum fossorio de cemento

terra et immundiciis a loco audite uocis bis
uel ter leuius quo poterat amouisset: inuenta
e lingua de qua predicitur viuens et illesa. Que
inquam lingua tunc eidem sacerdoti perfectiore et pu
riore quam unquam audiuerat confessionem fecit:
idemque sacerdos dicte lingue sacramentum corpo
ris xpi supposuit. cum quo felix anima sepedicti
potoris beate tamen barbare seruitoris: que in hac
lingua latitabat refecta et conuinta omnique pec
caminum remissione percepta ad eterna gaudia
conuolauit: lingua quoque ad modum pertacti
corporis igne consumpti euanuit. Affirmauit
autem prefatus sermocinator in uerbo sacerdocii:
quod ipse personaliter cum innumerabili hominum mul
titudine interfuit ubi et quando hoc miraculum con
tingebat.

Iam dictus insuper frater heremitarum eisdem in
die et ecclesia recitauit hoc miraculum infra
scriptum de gloriosa virgine et martire spon
sa xpi beatissima barbara: sic inquiens. Sex
uel septem clerici de uno consorcio missi fu
erunt causa addiscendi et sciam acquirendi
quandam ad ciuitatem famosam: ubi studium ar
cium liberalium viguit gloriose. Cumque prefati cle
rici ingeniose suis profectibus ibidem insudarent:
contigit ut suadente dyabolo a quo cuncta pro
ueniunt mala unus ipsorum propter iniuriam sibi
illatam quendam burgensem ciuitatis illius inter
ficeret: et ob hoc captus in instanti duceretur ad
pretorium iusticie secularis ciuitatis prenotate.
Sed quia in hac ciuitate iudicabatur secundum le

ges ⁊ decretū fuit sentēcionalit' eūdē hoī
cidā fractis suis cruribꝰ et brachijs viuū
poni et alligari sup̄ rotā ut sic post lōgas
penas vitā finiret. Qd' dū ita factū eēt ⁊
p̄fati sui consocij qui nimio dolore p̄fusi
ad locū penarū assecuti erāt manserūt ibi
sub rota iusticia et cohorte recedētibꝰ do
lētes flētes et plāgentes suū p̄dilcm̄ so
ciū tam diu donec eū amplius singultā
tē et gemētē nō audirēt ⁊ ac indubitāt'
mortuū eē crederēt. Tūc recedētes inde
maximo cū dolore ⁊ deuote p̄ eiꝰ aīa oraue
rūt. Die vero sequēti sepedcī clerici qd p̄
mesticia facere nescientes iterū exiuerūt et
adiuerūt locū ubi heri suū cōsociū defunctū
dimiserāt l' ululātes lacrimātes plāgētes
et clamātes creberrime. Heu sociorū pre
carissime heu amicorū fidelissime heu ubi
te dereliquimꝰ. heu quid ad p̄riam reuertē
tes tuis dicemꝰ amicis. Heu bone cōso
dalis quid faciemꝰ tibi subuenire nequaq̄
valemꝰ ⁊ deus oīpotens tibi misereatur
aīam tuā ad eterna gaudia p̄ducēdo. Hijs
et cōsilibꝰ eisdē multiplicit' repetētibus
et ululatꝰ maximos et clamores q̄rulos
p̄ tristicia facientibꝰ audiuerūt p̄notatū
suū sociū sup̄ rotā grāui aīo vociferātem.
Et auscultātibꝰ eis si adhuc viuēt ⁊ locutꝰ
ē ad eos dicens. O socij mei quid fecistis ⁊
q̄ de sōpno tam cōuenienti me excitastis.
Cui responderūt clerici p̄libati dicentes.

Pchdolor socie diligende: quam durus et
amarus fuit ille sompnus. Dixit rotatus. Nes
citis quid dicitis. Melius enim et quietius
dormivi et requievi quam unquam de vita mea
feci: quia in precioso sinu sanctissime virginis
et martiris xpi barbare fidelissime intentri
intuentricis pro se diligentibus cui a iuvenili
etate non tamen cum tanta diligencia ut decet ser
vivi. requievi: que suis meritis et precibus gratis
simis in conspectu domini pro me oblatis in
hac michi necessitate succurrit ac ab omnibus
lesionibus plagis et penis corpus et membra
mea veraciter curavit. Accedite ergo et
soluite me et ego vobiscum abibo. Pro quibus
siquidem verbis et miraculo predicando pre
libati clerici ultra quam fari potest gavisi: iussum
sui compatriote prope implentes ipsum omnino
incolumem et sanum deduxerunt. Sed quia me
morati clerici timentes tam iusticiam civitatis
quam amicos ipsius interfecti civitatem intrare
cum dicto eorum socio non audebant: consilio
mito ipsum una cum quibusdam ex eis in silua
ibidem contigua dimiserunt. aliis ad iudicem
civitatis properantibus et sibi rem gestam ac mira
culum inauditum enodantibus supplicantibusque quate
nus amore divine pietatis et ob reverenciam al
me virginis ac martiris xpi barbare una
cum eis ad memoratum eorum socium heri rotatum ve
raciter tamen ut premittitur ab omnibus lesionibus et
penis miraculose curatum accedere velit: quia e
um sine tuicione ducere non auderent propter metum

amicorum ipsius interfecti. Quorum vero pre-
bus idem iudex pie annuens de sibi recitatis
tam dubitans et admirans, omni mora post posi-
ta, una cum ipsis sequentibus se quam plurimis ad
spectaculum prexpressum commeauit. Ubi
dum prefatus iudex veniret prefatumque heri rota-
tum sanum perspiceret ac veritatem omnium premissorum
cognosceret, laudans deum et predilectam eius
sponsam sanctissimam barbaram adduxit secum
clericum eundem in ciuitatem. Quo viso sui ad-
uersarii iterum accurrentes requirebant a dicto
iudice ut de nouo iusticiam faciendo eundem
suum inimicum interimeret. Quibus iudex res-
pondit quod clericus ille secundum leges iudicatus
et rotatus ac ultimo supplicio ad eorum requi-
sicionem traditus erat, quamobrem eum amplius iu-
dicare non deberet nec etiam auderet, quia deus
omnipotens ob merita et intercessiones alme
virginis barbare eum saluum faciebat, et ab
omnibus ut liquide apparet doloribus et penis
et lesionibus perfecte sanabat. Sicque clericus
ille liberatus non audens tamen diucius ibi rema-
nere propter amicos dicti interfecti ad patriam re-
gressus est beatissime barbare deuocior seruiendo,
ac in eius laude et seruicio usque ad mortem
fideliter perseuerando. Quem vero clericum supra
dictus frater dixit in verbo fidelitatis se vidis-
se et ab ore suo omnia premissa audiuisse, infra
eundem annum quando hoc miraculum predicabat. Virgo et mater

Explicit vita et passio cum miraculis beatissime barbare

Plura aut adhuc inueniuntur miracula per
illustrem virginem barbaram perpetrata et
de quorum numero primo illud ponitur. quod etiam
inter gentiles deum non cognoscentes fuerat opera-
ta. quemadmodum sacerdos repertus in templo si-
cut supra in translatione eiusdem virginis gloriose
capitulo 2o dicitur. post cetera que dixerat narrauit
sic.

Terram istam numquam pluuia contingit. sed
cum necessaria habuimus. cum magna
reuerentia sepulchrum pariter aggressi. suspi-
mus sarchophagum eius cum cathenis argen-
teis quibus pensus est. et ad aquam que circa ciui-
tatem defluit cum gloria deportantes immi-
simus. Et ecce in momento supernatans
sarchophagum sursumque se extendit. ita
ut per medium meatum sicco pede transiri po-
terat. et inebriauit totam terram. ita ut
germinaret herbam. in procreatione florum
et graminum. Deinde postquam pluuia suf-
fecit. extracto sarchophago reuerse sunt
aque in meatus suos. His auditis. fide-
les gauisi sunt unanimiter geniculantur. et
et deo gratias egerunt. Decretum quoque habitum
est inter eos. ex quo deus tanta propter in ipsis
virginem fecerat miracula. ut apportarent
ipsorum cadauera mortuorum. Quibus adduc-
tis. cum appropinquarent templo. christianis oranti-
bus. mortui erecti sunt. et ad vitam restituti.
gratias agentes domino nostro ihesu christo qui ad meri-
ta beate virginis barbare saluasset eos. Et vi

dentes xpiam p gaudio flentes grās ege
rūt ⁊ et cū ingenti reuerētia et gaudio
corpus ipius romā duxerūt ⁊ laus deo qui
regnat trīnus et vnus.

De translatione capitis sancte barbare in Culmen in prusia

Erit in prusia marscallus quidā fr
theodericus noīe ordīs frm theutho
nicorū religiosus valde ⁊ i psecutiōe hos
tiū crucis industris ⁊ eo tēpore cū swāde
boldus dux quidā pomerāncie ꝓnus ad se
diciones et ad bella contra fideles ⁊ ita ut
vexillis erectis cū sarracenorū comitiua
expeditione armorū sollēpniter expedita
dāpna q̄ plurima iferret ⁊ ipōrū sāgui
nē effundēdo. Cognita tandē ipius ma
licia ⁊ oīa q̄ cōmiserat contra fideles pn̄cie
sedis aplice deferēdo signū saluatoris
contra ipm̄ publice pdicatū ē ⁊ qd quidā
ex fidelibus i remissionē pccōrū suorū
sumētes ad bellandū viriliter egressi sūt.
Iā dictus vero marscallus assūptis secū
viris fidelibus et idustribus ⁊ venit i vigi
lia noctis bte barbare virginis et expugnauit
castrū quoddā ipsius swādeboldi ⁊ q̄ pli
mos sediciosos intus pdens ⁊ quosdā ca
piens ⁊ multa repperit spolia. Et cū socijs
ad qd'dā festinās cellariū ⁊ sperās se intus
inuenire thesauros ⁊ irruit in illud ⁊ et inue
nit qd'dā scrinium ferramētis artificiosissime
circūfabricatū ⁊ seris fortiter obseratū ⁊ fori
secus ducis anulo signatū ⁊ qd aperiens in

uenit caput bte barbare mebrana appe
sa. Et ille cu socijs audientes nomen
barbare et p gaudio lacrimantes. pstrati in
terra et deo gras egerunt. Qd cu queda
ex captiuis videret mulier et dixit marscal
lo cunctis audientibus. Bene gaudiu et ex
ultacio sit vobis et qr oia que ad effectu
ia pducta sut et hac nocte in sopnis vi
sa michi sut. Beata ei barbara ter mi
chi se obtulit et dicens ab hinc se recessura.
Tercio quoq cu se michi offerret tanq
i enigmatis specie et diliget ab illa di
dici quo vellet. At illa respondit et au
dire missam i culme su itura. Illi at
cu honore et reuerencia caput bte barba
re virgis i culme pstate dno direxerut.

Aliud quoq si audire
delcat de bta virgie barbara refer
re no piget virtutis misteriu et signo
ru qddam isigne miraculu et qd a fre her
mano de marpurg frm ordis domus theu
tonice viro religioso pcepimus. Erat
mulier queda queda habens ifantulu et
que nocte cu se sopori iniecisset oppressit.
Que cu mane exsoporata fuisset et sicut
solita erat cantauit sup puerum fescenninas.
Cu at ipm nullas audiret crepndias fa
ciente et credens ipm dormiente et melius
et melius aure puero accomodabat. Ad
ultimu tn ipm repeit mortuu et q i cla

more vehemēt' prūpēs fleuit amare.
Tandē p̄tendēs quid faceret ⁊ arrepto pu
ero festinabat ad altare btē barbare. po
nēsq; ipm̄ desup̄ ⁊ orat obortis lacrimis
ut restituat illi infantē. Post breui
quoq; intuallo tēporis ⁊ expergefactus ali
quociens oscitauit ⁊ p̄iciensq; visu hic
inde vite pristine restitutus ē. Mulier
hijs visis ⁊ p̄ gaudio lacrimata ē ⁊ cla
mās grās egit bn̄dicēs deo ⁊ deinde btē
barbare ⁊ q̄ reuixit puer. Et factus ē
cōcursus ꝓplorū magnus ⁊ habēs scruti
nū de causa. Illa autē manifeste clama
bat dicens ⁊ q̄ ego paupercula hodie circa
horā primā cū haberē puerū cadauer
mortuū ⁊ ecce meritis et intuēcōnibus beate
barbare nūc habeo infantē viuū. Et reuer
sa ē in sua cū puero suo ī exultacōe et gau
dio ⁊ bn̄dicens dn̄o ⁊ cui laus ē p̄ infinita
seculorū secula Amen.

Rursus aliud miraculū qd' circa an
nos dn̄i mille ducētos nonagīta
quatuor fcm̄ p̄hibetur. Dn̄s philippus
comes de nasz au. quēdā habebat inimi
cū armigerū in t̄ra sua. Qui licet sibi et
hoībus suis fecisset iniurias et molestacio
nes infinitas ⁊ tn̄ iā captū publice inter
ficere erubescens ꝓpter cōsanguineos et ami
cos suos ⁊ disposuit eū in turri clausa fame
necari ī castro suo qd' weilburg appellatur.

Et recedens vocato castellano et alijs
seruitoribus eiusdem castri et contestatus fuit
eos et inhibuit sub pena mortis et p
iurij ne dicto captiuo usque ad reditum suum
aliquid esculentum uel potulentum ministrare debe
rent. Si secus fieret et multas penas fuit
comminatus. Et sic recedens absens man
sit usque ad vicesimum quartum diem. Serui
tores autem timentes transgredi mandatum
domini et cum magna diligencia et rigore fe
cerunt claudi turrim ne aliquid fieret con
tra mandatum domini supradictum. Qui tandem
reuersus cum quesisset si cadauer illius cap
tiui hominis adhuc iaceret in turri castel
aures filie in tantum conturbauit quod eandem vigiliam
penthecostes ob miseriam patris sepheret in me-
moria. Hec igitur breuiter et valde breuiter immo
et quasi nulla in comparatione totius aut omnium que corporaliter
passa est dicta sint. Et simpliciter et verbotenus que
quanti ponderis sint quis ponderare potest pondet. Ad
consideracionem nunc spiritualium carismatum quibus
eam dominus deus et sponsus suus vngere dignatus est et tri-
bulaciones eius liuire pre participibus generis sui
quemadmodum eam pro illis flagellauit. pauca
nichilominus et vere valde pauca de innumerabilibus
colligendo transeamus. De inicio spiritualium consolacionum
eius per exercicia dominice passionis. et per sacra-
mentum corporis dominicum Capitulum xii.

Sed ad hec enarranda quis ydoneus. In-
icium tamen spiritualium consolacionum eius erat in
exercicio dominice passionis. et in sacra dominici corporis
communione. Nam ne in tantis tribulacionibus infirmitatum
suarum pre impaciencia deficeret. Pius dominus verus pa-
ratus et merentium consolator multifariam multis-
que modis diuersis. ~~[illegible]~~ videlicet consolacionibus diuinarum
reuelacionum quasi leuigatiuis vnguentis die noc-
tuque dignatus est eam reficere. ut sicuti scriptum est
secundum multitudinem dolorum que erant in corde
et corpore eius. eius diuine consolaciones letificarent.

animam eius. Transactis namque tribus vel quatuor circiter an-
nis ab exordio infirmitatum suarum cum ad modo
ceterorum infirmorum potius sanitatem corporis affecta-
ret quam ita languere et super presentibus tribulationibus
nonnumquam murmuraret. videndoque consodales suas
que gratia visitationis interdum ad eam intrabant sanas
et incolumes se autem languere et super hiis adeo doleret
quod etiam amarissime fleret. nec aliquam consolationem
a quocumque posset admittere. ingressus ad eam confes-
sor suus dominus iohannes pot. qui eam bina pro tunc
vice per annum communicare consueverat. cum nec ipse eam
quibuscumque consolationibus posset inducere ut ab huiusmodi
se lacrimis et doloribus temperaret. suasit ei ut se
divine voluntati conformaret. et in dominica passione
exercitaret. spondens ut ea mediante faciliter
consolationem reciperet. Sciscitata igitur modum eiusmodi
exercitationis et ab eodem sacerdote modo acceptorum
cum se in eadem secundum traditum modum exercitare
vellet. nec farinam prophetica eidem messe gustaret.
quasi mors in olla fuisset. irruente statim fastidio
quicquid acceperat a corde quod est meditationum sedere
abiecit. Deinde cum ille quemadmodum ieronimus dicit
labor improbus omnia vincit eam hortaretur ut sibi
ipsi aliquam violentiam in hiis faceret quam fastidium
hoc superare posset. illaque suadenti consentiret.
tandem per violentiam inducta consuetudo. tantam succes-
su temporis generavit ei suavitatem quod dicebat
quod si per unam salutationem angelicam potuisset ple-
nam salutem corporis reparare non tamen fecisset aut
optasset. Unde et suavitate dominice passionis

allecta hystoriam eiusdem passionis secundum numerum septem
horarum canonicarum in septem partes divisam. statutis
temporibus die noctuque cogitando retractabat. in cuius
exercitiis sicut dictum est. tanta suavitate replebatur
et gaudio. ut iam non ipsa. sed ille cum passione cogi
tabat. versa vice videretur sustinere que ipsa hactenus
pati videbatur. Et vere sic erat. Nam quemadmodum
ipse ait. non enim vos estis qui loquimini. sed spiritus patris
vestri qui loquitur in vobis. ita et de eodem scriptum est. quia
est agnus qui occisus est. ab origine mundi. et in hiis et
pro hiis qui fuerunt ab origine mundi. De hoc quoque sic
scriptum est. capitulo v. et infra dicetur de statu raptuum
eius. capitulo xiiii. In quibus exercitiis dominice passionis
et ceteris orationibus suis tam indeclinabile et infalli
bile quodammodo consuetudine acquisierat. quod quemad
modum per horologium. ita et ipsa per eam certitudina
liter discernebat nocturna tempora. Eodem quoque tempore pre
fate ariditatis sue cum eam idem sacerdos communicatu
rus esset. ostendens ei sacram et incontaminatam hos
tiam. intimabat ei seriose satis et affectuose quatenus
aspiceret et susciperet eum quem in manu tenebat. sci
ens pro certo. quia ille foret dominus deus et creator
suus qui pro ipsa fuerat incarnatus et passus et mor
tuus. quoque omnem quam patiebatur tribulationem
copiose sibi esset remunerature. Quibus illa
verbis adeo compuncta fuit. et quasi quibusdam igniferis
amatoriis iaculis vulnerata. quod quemad
modum prius pre dolore cordis et impatientia ita
et nunc per quindenam fere vel amplius non poterat ab
stinere a lacrimis compunctionis et amoris. do
lens et flens pro cecitate preterita in qua

ita impaciens fuerat. adeo quod nec matris nec cuiusquam con-
solationem admittere poterat. nec tamen lacrimarum
indicare. Ex hiis iam cepit frequentibus consola-
tionibus licet non per raptum contemplationibus divi-
nitus tamen refoveri. nec tamen interrogantibus volebat
tamen tantarum lacrimarum suarum patefacere.
Utebatur autem per divinam dispensationem huiusmodi conso-
lationibus octo fere annis priusquam extra sensus
corporis extatice rapi inciperet. Hiis igitur duobus
id est dominici corporis sacra communione et eiusdem passi-
onis exercitatione. quasi duobus quibusdam brachiis a-
morosis amplexata. pro parte dilectum per patien-
tiam imitationem ex hinc fiducialiter dicere pote-
rat quod in amoris cantico sponse voce dicitur. Fasci-
culus mirre dilectus meus mihi inter ubera mea
commorabitur. Nam quia amore mirre quod mortu-
orum cadavera preservat a putrefactione. ita
et ipsa se virtute huius sacre communionis et exercitationis
dominice passionis ab impatientia et murmure quibus
spiritualiter corrumpi ceperat sanari ~~ceperat~~ sentie-
bat. non immerito eadem tamquam efficacissima sue e-
gritudinis ~~medicina~~ medicamina. secum deferre
et commorari in cordis hospitio curabat.

De captivis eius in generali et de modo eorum atque initio. Capitulum tertiumdecimum xiij.

Cum igitur secundum mensuram divinarum
consolationum proportionaliter etiam in pa-
cienti tolerantia. immo et in amore adversitatum
proficeret. ad eum usque gradum divina miserati-
one perducta est. ut de illorum numero fieri mereretur
de quibus fortissimus in tribulationibus. et ex-

cellentissimus celestium contemplator apostolus paulus ait
mente excedimus deo. Rapiebatur enim in extasim et
excessum mentis. sed non erat in eius raptu rara hora
et brevis mora. Cum enim die quadam ingressus ad
eam religiosus quidam interrogaret eam. super statu suo.
et patientia tribulationum suarum. respondit se excessi-
ve satis et super vires suas gravari. ita ut facile
deficere posset. nisi prius dominus eam baculo consolationis
sue sustentaret. Dicebat autem se quasi omni nocte per
longum spatium temporis videlicet interdum unius hore. inter-
dum plus aut minus rapi ad celestia quorum adeo de-
liciis reficiebatur. quod non solum tolerabilis. sed etiam de-
lectabilis sibi foret. amarissima quam patiebatur
amaritudo. Rapiebatur autem et ad diversa loca. scilicet
ad gaudia regni celestis et paradysi. ad purgato-
ria quoque loca. et infernalia ut videret et videndo com-
pateretur. compatiendo quoque penitentiam ageret pro hiis qui
ope eius indigebant. ad diversa etiam orbis terrarum
loca. videlicet terre sancte. urbis romane et alia plu-
ra loca sacra et monasteria. ut reliquias sanctorum ubi con-
stitutas devotionis affectu visitaret. Nec solum
unum aut duos vel tres. sed fere viginti quatuor annos et
quasi omni nocte in hiis raptibus continuavit. Certe
tamen ex causis aliquotiens huiusmodi ad divina raptibus
continuavit. caruit. sicut infra dicetur. capitulo xxvi et xxvii
et etiam xxvii. Quorum raptuum occasionem cog-
noscebat multas ecclesias et monasteria. disponere
quoque et modum structure ecclesiarum. Personas quoque reli-
giosas quas numquam viderat etiam nominatim cognos-
cebat. et qualia circa eas divinitus acta fuerant
aliis nonnumquam referebat. Quod ut clarius

pateat aliqua referam que ab hiis quibus et de quibus
eadem dixerat percepi. Priori quidam aliquando dixe-
rat quod ita cognoscebat monasterium ipsius et ecclesiam
sicut ipse. Eidem quoque quadam vice dicebat quod ipsa per
noctes dormientibus fratribus solebat visitare mo-
nasterium ipsius et dormitorium. quodque fere circa sin-
gulorum fratrum lectos singulos angelos sanctos stantes
videbat. Erat quidam iuvenis Henricus no-
mine de Haga Hollandie. quem ipsa corporaliter numquam
viderat qui divina gratia inspiratus nescientibus
parentibus habitum sancte religionis in monasterio Carthu-
siensium prope diem susceperat. Cuius pater Wilhelmus
nomine nesciens quod circa filium suum factum fuerat
ingressus domum huius virginis audivit eam se ex nomine
et agnomine reverenter satis vocantem. prospera filio
suo imprecantem. ac super hiis que divinitus circa eun-
dem filium facta fuerant quodammodo congaudentem.
Super quo ille admiratus cum eam interrogasset causam
huius congratulationis. illa stupori eius superaddens
respondit eum in supradicto monasterio sancte religionis
habitum induisse. Hoc ego ipse ab eiusdem fratris He-
rici ore percepi. Erat et alius religiosus natione
Dordracensis professus in Eemsteyn. quem vice quadam
cellam suam ingressum. hec virgo gratiose satis et ex
proprio nomine nuncupatum salutavit. cum tamen eum et si
prius semel viderat. nunc tamen corporaliter non vi-
debat. Super quo ille miratus cum eam interrogasset
unde se adesse nosset. illa simpliciter respondit quia
dominus donavit. Hec et ego similiter ab ore eius-
dem fratris audivi. Cum autem sicut dictum est et ad talia
loca raperetur complebatur in ea divinitus quod etiam

moysi et filijs israel ex egypto ad terram promissionis pro
perantibus a domino dictum est. Ecce ego mitto angelum
meum qui precedat te et custodiat semper et sit ductor iti
neris tui. Visitabat enim frequentissime et tangebat
ab angelo suo sancto. quem ita personaliter cognoscebat
sicut amicus amicum suum. Similiter cognoscebat angelos
confessorum suorum. aliorum quoque familiarium suorum et
multorum hominum. Apparebat autem ei idem angelus diu
simode. Interdum in forma viri pulcherrimi. Semper autem cum
magna claritate. Nonnumquam claritas illa tanta
erat quod si mille soles invicem lucerent in virtute sua.
non tamen posset equiparari et assimilari claritati eiusdem
angeli. Interdum vero minor. Semper tamen preferebat
in fronte vexillum dominice crucis. Ne ab angelo satha
ne qui sibi frequenter apparebat transfigurato in angelum
lucis deciperetur. Si vero propter frequentiam visitationum se
aliquando turbabatur et ob presentiam atque attactum in ho
nestorum hominum quorumlibet puritas eius ut assolet
maculabatur propter huiusmodi qualescumque maculas et in
quietudinem pruabatur angelicis visitationibus et rapti
bus divinis. Interdum etiam si spiritualibus quibusdam
divinitatis oculo. aut angelico cognitis defectibus qui
apud homines defectus non sunt occulte gravabatur
et earundem occasione a consuetis raptibus eam impedi
ri necesse erat. De eisdem angelo sancto ductore suo
confiteri solebat. Sicque purgata ab eodem precedente
ad quod ducebatur sequendo procedere. Docebatur ab eo
dem. qualia sibi et qualia confessori suo confiteri debe
ret. quia cotidie confitebatur. Quando ergo primo rapere
in illa indicibili nobis separatione spiritus et ab
anima. tanta circa vitalia pectoris et cordis sen
tiebat angustiam. quod vix prevalens trahere

anhelitum putabat se moriturā. Postea aut in
huiusmodi raptibus propter consuetudinem assuefacta non sen-
tiebat tales angustias. Et cum spiritu ad predicta
loca rapiebatur, corpus eius quasi mortuum et exanime
remanebat in lectulo adeo quod si quis illud tetigisset
ipsa non sensisset. Deinde angelus nonnumquam de pre-
hensa manu eius primo ducebat eam usque ad ante
altare chori beate virginis ecclesie scheydamensis, ubi
cum orasset, aut beatam virginem salutasset, statim post
orationem ducebat eam versus orientem per amenissimo
ta rosarum et lyliorum ac aromatum, atque omni
genere florum consita et respersa. Quibus locis cum
appropinquasset, et ut ea ingrederetur ab angelo inui-
taretur, illa quoque propter earundem reuerentiam non auderet
intrare, videlicet ne pedibus suis eadem conculcaret. Tan-
dem illo affirmante quod a se non foret conculcande, illa
sic admonebatur et inuitabatur ingrediens precedentem
quocumque ibat sequebatur. Interdum aut iidem flores ro-
sarum et lyliorum tante celsitudinis erant et densitatis,
quod dum ipsa quodammodo causaretur se eos non posse pe-
netrare, apprehensa eam sicut quondam abbacuck
prophetam angelus transferret per eosdem et transpone-
ret in eum ad quem pergebat locum. Quod etiam corporaliter
rapiebatur et de hoc diuersa exempla. Capitulum xiiii.

Beatus apostolus paulus loquens de raptibus
contemplationis sue ad tertium celum et in para-
dysum, quamuis asserat se audisse archana verba
que non licet homini loqui affirmat se tamen nescire
utrum in corpore uel extra corpus ad eadem raptus
est. Hec aut virgo sancta que et si pre inualitudine cor-
poraliter in oculis hominum incedere nequibat. Di-

uisis tn̄ mōis quodāmo certificari meruit. q
etiā corpaliter ad diuersa loca rapi solebat. Dicebat
eī q ita sicut iacebat i lectulo sine stramentis. pre
vehementia mentalis eleuationis. etiā cū ipso lectu
lo et corpore nō nūq̄ ultra sollariū cellule i q
iacebat. sursū eleuabatur. In exercitiis q̄ dīn
ce passionis. interdū ab angelo sancto etiā corpore ra
pi solebat ad loca illa terrestre. ni quibus i
dem saluator nascendo. conuersando. et patiendo. sa
cramenta salutis humane operatus est. Ubi cū siue
i monte caluarie. uel i aliis locis. ad oscula dīn
ce crucis. aut vulnerum eius admissa pro refocillatione
tribulationum suarum sugeret mel de petra. ole
umq̄ de saxo durissimo. puncto q̄ siue ad am
plexus pedum crucifixi ex illius commendans spiritum suum
i manus eius. licet frequenter a vulneribus carnis
quibus compassiue coniuncta fuerat. transiret cū spo
sa i amoris cantico ad penetranda per contemplatio
nis raptum. abyssalia foramina immutabilis
petre diuine. et cauernas macerie. i. profundissi
mas diuinorum inuisibilium theorias. Ita ut p
habundantia suauitatis spiritualium carismatum a
sensu penarum corporalium penitus deficiens. dicere
posset. cū sponsa. ego dormio per soporatio
nem et defectum corporalium dolorum quibus grauari
solita erat. et cor meum vigilat i cognitione et
gustu ineffabilium atq̄ occultarum diuinarum
suauitatum. Tantis tn̄ interdum nouis infirmitati
bus diuinitus flagellabatur. ut etiā aliquando reu
sa ab illis osculis dīnce crucis aut vulnerum eius

in labijs suis impressa quodamodo ulcera repor-
taret. Quatenus non solum secundum multitudinem dolo-
ris in corde suo divine consolationes letificaret
animam eius. Sed etiam secundum multitudinem divinarum con-
solationum. Tribulationes quoque eiusdem et flagella con-
tristaret eam et humiliaret. Tunc ait angelus
ad eam. Hec ulcera propterea in corpore tuo suscepis-
ti. ut scias te etiam in corpore fuisse raptam fore.
Alio quoque vice cum per supradicta transiret amenis-
sima loca. atque pre lubricitate qualicumque quo
ibi forsitan erat gressum figere non valens
lapsum quendam pedis dextri. quem et se corporaliter
sensisse dicebat. pateretur et ex ipso lapsu pe-
dis eiusdem divaricationem. tanta ex ipsa divari-
catione in pedis ipsius exteriori talo inflationem. et
denigrationem atque dolorem reportavit. quod plu-
ribus diebus ex ipsis torqueretur. Similiter modo cum qua-
dam vice rapta fuisset ad urbis romane loca sancta
atque intra ecclesias quasdam principales ambula-
ret intra arbusta et spineta. et ut moris est
per similia euntibus corporaliter hinc inde brachia
quodamodo ventilando incederet. susceptam ex eis-
dem arbustis spinam in digito reportavit. de
cuius incommodis sicut de alijs infirmitatibus suis
per biduum fere non modicum querebatur. Propter has
corporales lesuras quas sic reportabat. soli-
ta erat dicere secundum verbum angeli quod putabat
se etiam raptam in corpore fuisse. Qualiter autem
huiusmodi fiebant huiusmodi corporales raptus. no-
vit ipse angelus qui tale de eis testimonium perhibe-
bat. Verisimile quoque videtur eam etiam corporaliter
fore raptam. quando sertum illud manu

bte virginis capiti suo suppositum reportabat. de
quo infra dicetur capitulo xviii. Interdum quoque saluator
ipse dominus noster ihesus xpc celestium ciuium vallatus agmi
nibus ingressus cellulam eius. quemadmodum imperator aut
rex cum principibus suis ad mensam ordinate se col
locat. ita ut ipse circa lectulum eius. deinde ceteri
in circuitu eius secundum ordinem suum circa salua
torem dominum se collocantes celestibus eam et diuinis
epulis copiosissime refecerunt. De mirabili claritate
Vsma et suauitate quam apud ipsam in cella sentiebant. Cxv.

Venerabilis doctor hugo de sancto victore in
libro de tribus dietis loquens de spiritualibus
carismatibus quibus contemplatiui non solum mentaliter
sed etiam corporaliter nonnumquam diuinitus vnguntur. sic di
cit. Dum de intimo diuine contemplationis secreto reuerti
mur quid nobiscum afferre poterimus. quid nisi lucem
de regione lucis venientes portamus. Hoc enim
et decens et necessarium est. ut cum de regione lucis venimus
ad fugandas nostras tenebras nobiscum lucem
apportemus. Et quis scire potest quod ibi fuerimus si illu
minati non redimus. Si vidimus patris potentiam.
apportemus nobiscum lucem timoris. Si vidimus filii
sapientiam. apportemus lucem veritatis. Si vidimus spiritus
sancti clementiam. apportemus lucem dilectionis. Potentia
torpentes ad timorem excitet. sapientia ignorantie
tenebris excecatos illuminet. clementia caritatis
calore frigidos inflammet. et hec quidem hugo.
Sed hec quoties et qualiter mentaliter et corporaliter circa
sacram hanc virginem diuinitus perficiebantur quis nouit.
Excepta mentali eius illustratione quam etiam
magni et litterati viri atque in spiritualibus studiis
et exercitiis fundati ac eruditi. qui cum ea frequenter
locuti ipsam non intelligentes mirati sunt

tanta sepius diurno et nocturno tempore divina clarita-
te. cum vel ab angelo sancto visitaretur. vel a superiorum
contemplatione reverteretur a condomesticis circumdari
et circumfundi reperta est. quod eam videntes vehementi
timore perculsi non audebant eidem appropinquare.
Cum enim semper in tenebris iaceret. eo quod ma-
teriale lumen oculis eius infirmis intolerabile fo-
ret valde divinum tamen lumen eisdem valde e-
rat amabile et tolerabile. quod etiam nocturno tempore
sepius atque excellenter perfundebatur. quod cella ipsa
in qua decumbebat aspicientibus plena materialibus
pro luminaribus vel incendio crederetur. Quod cum ali-
quotiens etiam ipso anno obitus sui videret filius
fratris eius balduinus qui ei die noctuque in necessita-
tibus serviebat. turbatusque vellet aufugere. illa
econtra territum consolabatur. ac ne timeret et au-
fugeret hortabatur. Divina claritate tam perspi-
cue contemplata fuerat. quod ab ea tantum distare
dicebat plenitudinem luminis huius materialis solis.
quantum minimus radius solis eiusdem per cacumina
montium transiens ad abdita vallium refert a
pleno lumine eius. Non ergo mirum si divina clari-
tate etiam corporaliter perfundebatur. quod iuxta vocem
apostoli revelata facie gloriam domini speculando co-
tidie in eandem ymaginem transformabatur a cla-
ritate in claritatem. tamquam a domini spiritu. Aliaque vi-
ce in festo conceptionis beate virginis apparuit ei angelus
domini cum magna claritate predicens quod infra de-
cimum et septimum annum egritudinum suarum salva-
torem in carne. carneis oculis esset visura. qui
et postea in die ante vigiliam sancti thome de ves-
pere crucifixus et vivus eidem apparens cum

magna claritate ⁊ suc hostie ⁊ silitudie ⁊ cel qua
vngit⁹ egroti postulatꝫ ab eo ⁊ sig⁹ ⁊ testioni
ū mitte suc hostia alba paulo maiore hijs
q̄bus vlꝫ cōsuat⁹ cui quidē cyatis rubeis
⁊ sag⁹ uncis sup̄ lōi q̄ relict⁹. ⁊ dē hijs mfia
dict⁹ ⁊ de statu sacre cōmunis q̄ al xxvij.
¶ Qui sōlū diuina claritate sōluta erat sic ad
ariude⁹. ꝑ ⁊ mirabili suauitate ad uel a sal
uatore. uel ab angelo sco. visitat⁹ ⁊ ul⁹ tact⁹
vel ad pad̄y siam⁹ dūs ⁊ celestib⁹ ad colus
⁊ ozt⁹ ⁊ apotheosis redūct. tūc ipā q̄ cellu
la q̄ recta ⁊ redole. ita ut qui intrabat
putabat se cadē cella diuisas sues aromā
tias fore reductas. ¶ ⁊ suauissi⁹ odor no
solū odoratū. ꝑ cel in gustu ꝓpiciendo
dubitabat. ita ut q̄z mziber. uel piperis
ymamomi q̄ medias. fortē q̄dam alterius
vlꝫ q̄ angelis sapor ac suauitate linguā
⁊ palatū. q̄ dulcedo mozderet. ¶ ⁊ ad arzp
tū⁹ bte vgīnis vlneib⁹ ⁊ ydropisi tumet
de imbib⁹ ut ꝑdem est fateret. ꝓ fetore
abhorrendo qui prius eam laserat fidei fabrā mi
re suauitatis ide ꝓdijt. ⁊ ꝓcipue a manu
⁊ ea ab angelo sancto ad suprna gaudia ꝓ
ducta. ⁊ ide reducta fuisse. ¶ Ac tūc aromā
tici odoris priua no tota ꝓ eo odoris affec
tat⁹. ¶ ⁊ ne hijs mundissi⁹ ꝓ ⁊ suauissime
odoris afflatus no delectaret. ¶ Nec de medal
lis de ozpalib⁹ raptib⁹ q̄ aut de diuinis
cruſmatib⁹ ꝓ eoſde orta ea celitus effusis
⁊ q̄dalis odoris esse sufficiat. nūc ad ſsideranda
ſpualia tr̄a scam⁹. ¶ Qui nocte et hō dīne ītra
dōis plibus vigilib⁹ et diuīs āmis vberā eis fuerunt
naturaliꝫ

Alacter ple et de mirabili visione quam hoc contigit. Cap. xvi

Anno domini m° cccc° xxviii nauta quidam de
scheyda pro allecibus mare intraturi more tali
bus solito cenam magnam fecerunt cum sociis et amicis
suis in die sanctorum frederici episcopi et martiris et arnulf
phi confessoris. quam valedicerent eis. Pacta ce
na ignem quo fuerant usi circa parietem cannineum sub
modio taliter recondiderunt. quod de vespere que et domi
ca erat. orto ex eo incendio circa undecimam ho
ram. per reliquum noctis quasi tota ciuitas cum ecclesia
et domo sororum ecclesie proxima. combusta est. Post
hoc igitur incendium intrabat domum huius virginis ut habita
ret cum ea vidua quedam boni testimonii katherina
nomine. cui anno ante prefatum incendium. quadam vice per
aliquot dies ante sacratissimam illam sollempnitatem
dominice natiuitatis per visionem somni indicatum est.
quod eidem virginis ubera in nocte proxime tunc festiui
tatis dominice natiuitatis lacte forent replenda.
quodque ipsa katherina vidua idem lac esset sucta.
Quod cum vidua virgini retulisset. illa vero in vera
humilitate fundata. quod dicebat latere malens quo
damodo negare niteretur. Vidua autem eam super hoc
corriperet. quia auderet negare quod sibi ab angelo re
uelatum fuerat. Virgo necessitate coacta precipit
vidue ut ad gratiam tantam recipiendam dispo
neret. admonens sibi ut obseruaret tempus noctis
dominice natiuitatis quod sibi deputabat. Quatenus si quod
sibi promissum et predictum fuerat ab angelo contingeret
ipsa parata foret tantam gratiam percipere. Adeo enim
hec vidua frequenter molesta erat virgini ad hoc
videlicet ut scrutaretur vitam ipsius quod eam sepe impe
diebat a refectione panis celestis. Similiter

et dominus Ihesus confessor eius et alii quam plures utriusque sexus.
Unde et virgo in hoc ipso et in aliis pluribus se ei plus
quam volebat affabilem exhibebat ut vel sic fre-
quentia eius carere posset. Cum igitur vidua secundum amo-
nitionem virginis prefate preparationi operam daret. Ecce in
ipsa sacratissima dominice nativitatis nocte virgo in spiritu
vidit innumerabilem multitudinem virginum feminei sexus
quibus tamquam princeps et domina astitit regina virginum. Sanctis-
sima dei genitrix perpetua virgo Maria. Seque ad ea-
rundem chorum virginum admissam. Astabat quoque virgi-
nibus hiis innumerabilis multitudo sanctorum angelorum velu-
ti pedissequi et eunuchi. Qui eisdem tamquam cognata sibi
virtute florentibus devotum obsequium exhibebant. In-
stante igitur hora dominice nativitatis vidit hec virgo omnium
illarum virginum ubera. Similiter et sua prelactis ha-
bundantia intumescere. Tantumque lactis habere prout ab
angelo suo didicerat. Quoniam beata virgo cum salvatorem
peperit in virgineis uberibus suis habuit idem ad
similitudinem illius omnium ubera lacte repleri. In
signum quod omnes ille virgines ad lactandum salvatorem
dominum erant apte. Tamque inenarrabilis erat ibi
gloria ut ipsa testabatur quod nec oculus vidit nec auris
audivit nec in cor hominis ascendit. Itaque nec lingua
exprimi nec littera scribi posset. Interim vidua ingres-
sa cellulam virginis admonet eam prefate promissionis.
Virgo manu ~~sua~~ ubera sua terit seu fricat. Tan-
taque suavitate ex habundantia lactis quod trino la-
biorum tractu suxerat vidua satiata est. Quod nisi
virgo iussisset pluribus faciliter diebus absque fastidio
et desiderio comedendi a cibo corporali abstinu-
isset. Hoc quidem anno domini M° CCC° XXVII°. Post hoc
alio quodam anno virgo eandem gratiam

...eade mo preparat. obtinuerat ab archiepo sca
q̄ professor ch̄i lat suscep̄t. & dum ille ꝑ solleꝯnitat
te mīe ẽtaz. sed habebat statutū non obstante
uti n̄ gram ꝑmissa gustat. Alio q̄ sibi anno ul'
duobꝫ vigo visione eade ꝛq̄ te plā de ꝫ habuit
ꝛ lat ꝑ vbera. ꝫ sed anno precedenti ital ꝛ cū ste ne
mo suscep̄it. Postea at vigme hat ꝑfatū mede
ta loge ante ꝑstitisse. eo q̄ prius ꝯtigerat pro
uisione asseruari fieri ussit. q̄bus ut dicebat
si ꝑ ꝯtra ꝯtendū ozat ꝯtinuo exprimēde et
tecta fossa q̄ ext̄ posthac dom̄ succrat tra
uehē possent. Certū q̄ hēnt plēs hortos ꝑ
ducte ciuitatē. idem ꝯtendu ꝑ porta q̄nda hor
tū q̄tigisse. q̄ mīe cētā pecuniā sua ꝑfate vmā
nitati vigis n̄rē cōtulerat. mīe
q̄ cat sua q̄da nōe hasa gosivini satisfe
solutā. ꝑ ea mortē plēs q̄da videz dnā rohēs
de becest. huic vigi satis faciendi ꝓpōsit ab ea
ut si fieri posset ꝑ ꝯtra alīq̄ de statu cuius de
sue ꝓpiet. dat ꝛ vigo vite q̄da ozat dimit
ꝓ eo q̄ ille postulauerat. idem plēs ꝯtra
uocē (recepta) ad ꝑpetuā locā vidit ꝑfatam
vigme sedam. cathedā ecclē lapidā. ꝯtinuo
dereliq̄t. q̄d ꝛ. Inuit vigmi ꝯtinuo ꝛpōze ꝛmutabit

De virga ꝛpressiua. qua a fluuio antiochie porte
padisi tres ales allatā angelo suis ca dedit. pl'o q
missa stipula ꝯanopi. Cap̄ decimumseptimū 18

Habebat at hec vigo virgā quādā de stipu
la ꝯanopi. quā ul' estiuo ꝛpe ꝑ mīm
tam estu refrigerādū. ul' aliā qualibz ami
corum lectuli sui solebat ꝯtegere. uel aspe
re ꝯqualibz necessitate pulsādo admouere

si quando alicuius adiutorio indigebat. Cum igitur sicut supra
dictum est anno domini M° CCC° XXVIII incendium illud fere
totam ciuitatem deuastans domui huius virginis adeo
appropinquaret quod vicini et domestici eius timentes e
ande domum etiam comburi asseres deponerent a
pud quos iacebat ut si incendium domum inuasis
set virginem inde extrahere potuissent. Tandemque di
uina miserante gratia extincto incendio ablato ve
lo quod pro defensione oculorum virginis ab aspectu diur
ni luminis appenderat. Iidem asseres iterum affi
gerentur eo quod claritatem diei sine multa sanguinis ef
fusione per oculos virgo ferre non posset. Contigit
eam ex hac agitatione que circa et propter ipsam erat
occasione huius incendii predictam amittere virgam sed
nescire. Postea igitur in nocte sancti appollinaris
martiris dum pre estu anhelitum vix trahere valens
suffocari timeret virgam consiuit ut velum amo
ueret nec inueniret. Turbata est igitur eo quod nec ipsa
sibi subuenire posset nec quod sibi succurreret adesset.
Statim igitur assistens angelus domini super hoc contrista
tam sponsionis alterius et melioris virge consolatur.
Nec mora paulo post deficientibus maioribus
doloribus febrium quas habuerat circa tertiam horam
post mediam noctem recessurus angelus ipsa sen
tiente licet satis leniter ponebat quoddam lignum
super eam longitudinem fere vlne habens protensum super
latitudinem pectoris eius. Sicque recessit. Tunc
ipsa extensa manu apprehendens lignum visum quo
dammodo peruipendit dicens mirna lingua. Nu
byn ick wel becuuscht eo quod tam tortuositate
inequalitatis et ponderositate longe a virge predic
te leuitate differens sibi non bene portabile

Nu byn ick wel becuuscht. Idem iam bene sum contentata et hoc
dixit contrarium estimans se minus bene contentatam

foret

foret et dirigibile. Rogat ergo ipso die sancti appol-
linaris martiris dominum iohannem confessorem suum ut quatenus
iret ad aliquem carpentarium. peteret quoque sibi lignum
illud dolabro formari ad modum vlne. Ingreditur
ergo ille domum cuiusdam carpentatoris. qui ex omnibus
instrumentis suis ab incendiis vix vnum dolabrum et
huic operi satis ineptum reseruauerat. Quo cum
illud lignum leuigare cepisset. et aliquociens ita va-
lide dolabrum infixisset ut vix a fractura preser-
uaret. tantus ex eo suauitatis odor euaporauit
tantoque decore ceruleo ad modum cere videlicet
enituit. ut quamuis ipsum lignum in superficie sa-
tis indecorum fuerit et deforme. propter odorem tamen et
eternum decorem indubitanter affirmaret esse cy-
pressinum. Super quo vtrique admirati cum dominus
iohannes confessor eius carpentario rationem reddere non
valeret cuius generis hoc lignum fuerit. an vnde vir-
gini prouenerit. certatim illis rapientibus absci-
sas ligni reliquias consentiente et suadente car-
pentario. confessor virginis cum ligno ad alium et
abliorem carpentarium ingreditur. Vbi cum pre admi-
ratione coloris et odoris ligni silia inter v-
trumque agerentur. ac finaliter pro reuerentia et no-
uitate reliquie raperentur. confessor virginis non sus-
tinens plus minui reuersus reportabat ad eam.
Quam cum interrogasset vnde sibi prouenisset aut cuius generis
fuerit. illaque se nescire quiditatem aut qualitatem eius
responderet. modum acquisitionis eius sicut predictum est indi-
cauit. Post hec in festo cyriaci martiris reuersus an-
gelus domini et more solito perducit eam ad amena

paradysi gaudia. Intra cum anteriorem portam cum pervenisset: tamquam corripiendo inculcans ei verba predicta, quibus lignum illud quodammodo vilipenderat, ostendit ei fluvium circa eandem portam, et supra fluvium arborem cypressinam. Unde cum precipitanter frangendo illud abruperat. Deinde post raptum reversa indicat confessori suo quod ab angelo perceperat. Dolens quod illud ita minorari visserat. Cum igitur volante rumore huius ligni frequentes propter illud visitationes pateretur, et advenientes illud videre vellent ac tangere, propter attactum hominis cuiusdam amisit fragrantiam odoris quem habuerat. Et ideo ipsa virgo doluit se illud alteri ostendisse, quod illud illi indicaverat, cum attactu fragrantiam odoris amiserat. Solita autem erat dicere quod per hoc lignum dyabolus esset castigandus, sicut ab angelo sancto audierat. Post hec eodem anno in profesto beati nycolai episcopi rapta in paradysum, videbat arborem palmam eximie pulchritudinis dattalis plenam, cum lapides ad modum cristalli perlucidi et clari videbantur. Qualiter quedam vice privata ad tempus angelica consolatione postea ad purgatoria et celestia loca rapta preciosum sertum de celestibus reportavit. Capitulum xviii.

Hoc eodem anno domini scilicet M° CCCC° XXVIII° hec circa eandem virginem contigerunt. Habebat cognatum quendam nycolaum nomine, quem quodam die festo ad ecclesiam ut missam audiret, atque post consecrationem summe misse ut pranderet rediret. Quia reversus, pacta refectione prandii cum confessore illius ingressus cellulam eius longiorem quam ei placuit apud eam moram fecit. Que indicans eis quod libenter duabus aut tribus horis so-

la in cella vellz esse. rogabatque eos quatenus ad tempus
irent spaciatum. Sperans se propter presentem tunc in-
ternorum suorum ad contemplacionem disponere. in illorum
absentia aliquid gratie spiritualis acceptura. Speci-
aliter autem nicolao supplicabat ne ante tercia vel
quarta hora reverteretur. Illo igitur quo rogatus fuerat
perficiente. confessor regressus ipsa nesciente latenter
ingressus est cellam. Putans igitur se solam fuisse
in cella. disponebat se per devotas orationes ad
percipiendam gratiam quam optabat. Et ecce trans-
acto fere unius hore spacio ante meridiem more
solito ingressa ad eam. angelus domini circumvolabat
circa eam infra lectisternium in quo iacebat. sed
amplius ei non appropinquabat. Videns igitur virgo se gau-
dio presentie eius non posse perfrui. conturbata flevit
amare. interrogans eundem angelum utrum aliqua
culpa sua. dominum offendisset ob quam hac gratia per-
frui non valeret. Tunc angelus. Nequaquam inquit. sed
propter presentiam eius qui sedens in cella tua nitur scrutari et
experiri gratiam tibi dispositam. Quo dicto. discessit
angelus ab ea. Tunc virgo vehementius conturbata cepit
amarius flere ita quod ad tempus extatice non raperetur
licet sepius frueretur solita gratia angelice visitacionis
et consolacionis. Audiens igitur confessor eius eam ita flen-
tem surgens indicavit ei se fuisse presentem. Quo
audito amplius conturbata est. quam si alius presens fuisset.
eo quod frequenter satis indicaverat sibi vitam suam. quatenus
absque exploratione crederet gratie divine que circa eam
operabatur. Cum igitur post hec ab hac turbacione pacem et tran-
quillitatem recepisset. prius et minorem dominus mi-
sertus eius sicut prius frequenter fecerat. ita et postmodum

quadam vice primo quidem extatice rapuit eam ad lo-
ca purgatoria. Ubi inter ceteras quas multifariam
multisque modis torqueri videbat. Vidit etiam plures ani-
mas amicorum suorum graviter puniri. Pro quibus ipsa
postea graviter in corpore torquebatur. Ut eas ab huiusmodi
penis relevaret et liberaret. Divisis igitur tam
purgatoriis quam aliis pluribus locis penalibus in
quibus anime pro demeritorum diversitate diversimode
puniebantur. Perducta fuit ad contemplanda vite eterne
gaudia. Ibi videbat qualiter opus dei in semetipso
frubebatur. Gloria sua. Qualiterque sancti martires et confessores
prophete et virgines atque alii beatorum ordines singuli gloria
sua fruebantur in semetipsis. Ac pre deliciis nimiis
per alterutrum fluere videbantur. Quibus gaudiis per
spectis plures sancti familiariter alloquentes consolabantur
eam. Atque ad tolerantiam patientie exhortantes dicebant.
Quid nunc hic existentibus obest quod in mundo constituti
diversa incommoda perpessi sunt. Tunc accessit ad eam
sanctissima dei genitrix virgo maria cum magna gloria.
Atque amicabiliter alloquens interrogabat eam dicens.
Quomodo mi karissima filia sic venisti nudo capite
et non ornato. Tunc hec virgo respondit. Carissima
domina virgo maria. Hoc est voluntas domini et dei mei. Et
sic ductor meus me adduxit. Post multa igitur
familiarissima et dulcissima colloquia dei genitricis
virginis marie cum hac virgine adveniente tempore
quo secundum voluntatem domini remitti debebat ad
sensus corporeos. Dicit ad eam mater domini nostri Jhesu
Christi. Carissima filia viriliter age et confortetur cor tuum
in tolerantia patientie. Quia pro hiis que nunc pateris
mirabilem gloriam recipies. Addensque beata virgo
vis ne inquit hec sertum super caput tuum. Tunc

hec virgo. ego aut non possum hec habere ~~velle~~ voluntatem.
Cum autem aspexisset angelum ductorem suum. illeque vo-
luntatem suam resignanti quodammodo non consensisset ut
acciperet. accipe inquit beata virgo hoc sertum super caput
tuum quod non nisi septem horis potest esse super terram.
et tradidit illud in manus confessoris tui. dicens quod ego de-
mando sibi quatenus credulus sit donis omnipotentis filii
dei. atque supponat illud capiti ymaginis mee que
est in ecclesia. Hiis igitur peractis hec virgo reversa est ad sen-
sus corporeos cumque ut sibi moris erat gratias e-
gisset domino super hac contemplativa consolatione. nec se sci-
visset corporaliter tale sertum suscepisse. tandem casu
vel necessitate qualicumque manum capiti suo supponens
detraxit sertum. quod ex odore suavissimo recordabatur
capiti suo manum beate virginis impositum. tenebatque illud
penes se quasi usque ad septimam horam reditus sui ab
illa contemplatione. donec videlicet septima hora in-
trasset. Erat autem hoc sertum cerulei coloris et rugo-
sum. emittebatque de se tam mire suavitatis fragra-
tiam quod illud apud se tenebat quamdiu poterat. Ante
ipsam autem septimam horam iussit excitari et celeriter
ad se venire confessorem suum. Quo ingressus cum interro-
gasset eam quid desideraret. illa respondit se interfuisse
cuidam festivitati. et beatam virginem mariam matrem
domini nostri tradidisse sibi sertum illud. ut deferret
ad terras et sibi in manus ~~tradet~~ daret. atque deman-
dasse quatenus credulus persisteret in donis dei. Tunc virgo
tradidit sertum illud in manus eius. precipiens ei intrare
ecclesiam que tunc temporis etiam combusta fuerat. et supponere
illud capiti ymaginis beate virginis marie. Hoc autem
~~beata~~ virgo propterea iussit confessori suo ut plura

ipse ad circa eam signa videret. Cumque confessor in
terrogasset virginem quomodo posset ecclesiam intrare cum
ad necdum dies esset. respondit illa. Cito vadens
pete tu a sacrista aperiri ecclesiam. quia tempus instat
quo sertum oportet referri unde illud detuli. Tunc
ille. Cum inquit ecclesiam intraveris quomodo sertum capiti
ymaginis supponam que tam alto loco sita est. Ad
quod virgo respondit. In maiori choro et in illo loco quem
ei indicabat invenies scalam. quam assumens ascen
de et suppone sertum capiti ymaginis beate virginis
Tunc ille assumpto tali signo. egressus rogabat sa
crista ut cito surgeret et aperiret ecclesiam. Quod cum
ille libenter fecisset. confessor virginis ingressus chorum in
ventam scalam in loco quem indicaverat virgo porta
bat. ad locum ymaginis. Cum ergo incepisset ascen
dere. interrogabat eum sacrista. quid sibi vellet facere. Ad quod
confessor respondit. Quod ego facio modo scire non pote
ris. sed dominus donare potest quod postmodum scies. Quam
illam responsionem quodammodo perpendens eo quod facti huius
misterium ignoraret. recedebat. Confessor autem
virginis supposito serto capiti ymaginis cum scalam
ad priorem locum reportasset atque flexis genibus
orasset et adorasset. antequam ecclesiam egrederetur an
gelus domini retulit idem sertum ad eum locum unde
illud virgo detulerat. sicut ipsa postmodum prefate
vidue katherine retulit. Habuerat autem hec
virgo predictam gratiam in nocte et de mane advenien
tis decime octave diei mensis novembris. anno domini
m° ccc° xxviii. Ante hoc vero tempus cum repararetur
ecclesia schydamensis. translata fuit ymago pre
fata beate virginis ad domum et cellam huius virginis. sicut
ipsa optaverat. et sibi per visionem apparuerat

Super cuius presentia non solum ipsa gauisa est sed et yma-
go speciem quandam speciosiorem induisse. quodammodo
visa est. quasi super presentia virginis exultasset. Sed pro-
pter ymago ad ecclesiam que tunc erat parvum tugurium re-
portata est. virgo prefatam gratiam habebat. Porro quoque
tempore duabus vicibus rapta fuerat ad presentiam beate vir-
ginis. a qua dum sibi interrogata ~~fuerat~~ fuisset cur-
ta nudo et non ornato capite venisset. illaque ut su-
pra dictum est. respondisset. Beata virgo sicut hac vice interroga-
bat eam. utrum velle habere sertum pro velamine capitis
sui. Cumque illa eodem fere modo sicut hac vice respondis-
set. intuitaque angelum ductorem suum. eum notasset si-
bi non consentire ut susciperet. reversa est absque serto.
propter maculam forsitan proprietatis et inclinationis pro
susceptione pepli. quam in ea conspexerat angelus.

De cineribus quod 3° a 4to anno ante mortem eius feria 4a
in capite ieiunii angelus domini eam signavit. c. 19

Solita erat feria quarta in capite ieiunii more
fidelium suscipere sanctificatos cineres de ma-
nu domini iohannis walteri confessoris sui. quos ille
secum ab ecclesia deferre solebat. Cum igitur quodam
tempore quadragesimali ipsa eadem feria quarta. confessor
predictus ingressus ad eam interrogasset an vellet secum
cineres ab ecclesia deferre. virgo respondit dicens
Potest bonum esse quod ita faciatis. verumptamen dominus
iam providit mihi de cineribus. Fuerat enim pro tempore
paulo ante apud eam angelus domini qui eisdem eam
signaverat de quibus cineribus ut confessor eius cer-
tificaretur. illa apprehensa manu eius posuit super
eos. illeque manifeste sensit eos. Non solum autem
sed et ipsa permittente et iubente ille frontem suam fronti
ipsius supposuit. ut aliquo modo tante gratie particeps

fiet. Docebat quoque eam angelus domini quod omnes suscipien-
tes sacros cineres cum lumine et cruce eos susciperet.
lumen videlicet defendo in cereo ardente ad altare
et cruce ni denario oblationis. atque sic semipsos cum
lumine fidei offerret deo per veram subiectionem
et mortificationem. De benedictione et gratia quam
diuinitus in elemosinis suis acceperat. et primo
de vino sibi diuinitus in amphora prouiso.
et de epylentica. Capitulum vicesimum. 20.

Eo tempore quo sicut supra capitulo iiii° dictum est per
ebdomadam modice ad vino utebatur anno
domini M° CCCC° xij circa festum remigij tale signum apud
eam contigit. Epilentica quedam femina videlicet morbo ca-
duco grauata. ostiatim potum mendicabat. Cui cum
quasi omnes pre horrore infirmitatis illius ostia claude-
rent. Percepta calamitate eius virgo appropinquante
domui sue iussit vocari et ad se introduci. Ingressa
igitur illa cellam virginis petijt elemosinam potus. Tunc
virgo compassa petenti et patienti. cum se diceret ei non
posse subuenire nisi cum modico vino quod apud eam
stabat. demonstrato assere super quem stabat amphora
sua vinaria. accipe inquit filia amphoram illam. et
quod in ea reperieris vinum ebibe. Quo hausto cum il-
la ad amplius peteret. virgo dicens se nescire quicquam
amplius liquoris in domo. tradidit ei denarium
quendam. ut pro eo ceruisiam in taberna emeret. Qua
egressa. vespere appropinquante ceperunt virginis la-
bia pre siti fatiri desiccari. Petebat igitur a pre-
sbitero quatenus afferret dimidiam pintam vini ad
refrigerandam ariditatem sitis sue. Quo respon-
dente libenter. cum tetigisset amphoram ut quod postulat
perficeret. perfudit se vino quod in ea diuinitus fuerat
procuratum. Quod cum filie retulisset. illa admirans

grās ejus dñi. Et erat ad ſ̄ vnā rubricā ꝺ et
udeꝰ i ſapore tpatis q̄ nō q̄miſcebat ei ad q̄ ad
modū alteri vnio q̄ ſolebat vti fieri q̄ ſuccēdat
Durabat vō ide vinū a tēpō pnotato. uſq̄
ad festū ꝙ pdicīs bte vḡis q̄ duo q̄ ce bat ad
ea q̄dam fem̄. ſcīz Izabell ma vxor magri Symo
nis barbitoſorīs. q̄ ex ſingulis dieb⁹ de mel
trabat ei 2 pcurabat ꝙ de vinū q̄ ſolebat vti de
faſtidio quoꝺa tactū. q̄ ſicq̄ minuā vetuſtate illud
vinū ꝺicebat ſe illud velle effunde 2 recēs affer
re. vḡoq̄ ꝺicebat illud ſibi ſatis q̄ mecū 2 ſuffice.
illa ingēs myſteriū vini illi totū effudit. ut q̄
pro recenti noui pcuraret. ſicq̄ nō eſt am
plius illa uſa bibēdi. Et erat ad hoc vinū tam bo
nū. q̄ ſ̄ vḡo ꝺicebat ſe nūq̄ ſitiſſe. Breuis
regulā predictorū. Capitulū. xxi.
Qui hec ſcīt vḡo ſ̄ anno dñi. M. cc. lxxvi. dñi
ca. xxv. ꝺie mēſis Decembr. ſcīz ſexto kl̄ Ianuarii
ſcīz vigilia natiuitatis dñi. ſ̄ ante vesp. ſcīz
anno dñi. M. cc. lxxvii. ſcīz ſexto kl̄ Ianuarii
ſcīz vigilia circūciſionis dñi. ſ̄ ante vesp. ſcīz
tātē ſue vite ſcīz festū purificationis bte vḡis
excedūt nisi infirmitatē ſuam ſuppſit ſ̄ hoc ad
mīm. p. ꝙ bē. cū anos fere quīq̄ pcēſſet. uſq̄
ad mortē ſuā ſolē 2 lunā ꝑ nō videat. nec ꝑ
deū ꝙ terrā tetigerit. ſ̄ hoc ad pīm. Refec
tio ad ꝙ p̄tēs p̄mos anos uſq̄ ad decimū
nonū annū. ꝙ ſtudiū ꝙ ab anno ſcīz ſue ꝙ
ad dñi. ꝙ ſtat. xviij. fuit ad tpus modū fratr
me de primo ad ſtudiū hoſtie. pue que
pro ſtudiis oſſerēt in alterū. aliquādo vel
de panē de panē cū modico ſorbello ſiue haſ
to cerniſie ſpūmatē. nonūq̄ vēo panē dul
cis lactē. deinde p aliquātos anos i ebdōda
media pīnā vini puri ſine admixtione aq̄.

nitidum cum modica aque admixta. Interdum modicum
succari vel cynamomi vel dattulorum sive muscatum.
Finaliter autem per ebdomadam media pinta mosalis
aque super omnem vini saporem singulariter ei suavi-
tatem dabat. De quibus omnibus capitulo quarto dictum est.
A quinto autem anno egritudinum suarum qui fuit M.
CCC. a quo etiam usque ad mortem terram non tetigit. Similiter
usque ad mortem ad valorem dimidii grossi pane non
utebatur sicut ibidem dicitur. Initium spiritualium consolationum sua-
rum accepit transactis annis fere quatuor ab exordio in-
firmitatum suarum. Initium vero contemplationum transac-
tis ab exordio quasi xij annis sicut habetur capitulo xij. Ab an-
no domini M. CCC. tertio usque ad mortem suam utebatur
cingulis cilicinis sicut dicitur capitulo ix. Ab anno domini M. CCC. xij
particulatim evomuit pulmonem et epar cum pluribus
intestinis. Brachium eius dextrum a iunctura scapu-
le quasi solutum fuit. Viditque puerum crucifixum coram
se in similitudine hostie transformatum ut habetur capitulo
xxvij. Itaque suscepit vinum miraculose in amphora.
De quo habetur capitulo xx. Ab anno domini fere M. CCC. xiiij usque
ad mortem patiebatur febres tertianas et interdum
quartanas ac cotidianas sicut dicitur capitulo vij. Eodem quoque tempore
incurrit ydropisim quam et continuavit usque ad mor-
tem. Nullo cibo utebatur nec potu nec somno nec naturalia
superflua corporis emittebat. Preterquam per vomitum ut
habetur capitulo v et vj. De multiplicatione pecunie in bursa c. 22.

Post hec anno domini M. CCC. xxiij defunctus
frater huius virginis nomine Wilhelmus Petri
reliquit debita quedam que liberi eius persolvere ne-
quebant. Quod cum ipsa percepisset quicquid sibi supperesse
poterat de clenodiis et hereditate matris sue ven-
dens pretium pecunie quod inde provenerat octo scilicet
libras hollandie vel paulo plus in denari-

os vnius monete quam melius cognoscebat permu-
tatum per dominum ihesum beest presbiterum cui pecunias
easdem mutuauerat penes se collocabat in
bursa. Quodam itaque die aduesperascente aduocatus
cognatum suum nicolaum qui cum ipsa morabatur et in cel-
la eius ipsius consueuerat dormire misit per manum
eius ad singulas domos ubi sciebat commorari creditores
fratris sui tantum pecunie quantum ille singulis debe-
bat. Persolutis igitur omnibus que nouerat persoluenda pre-
cepit nicolao ut inspiceret si quid remansisset in bur-
sa. Qui cum respondisset multam in ea pecuniam inuenis-
se atque ipsa iubente eandem numerasset dixisset quod po-
res octo libras inuenisse et adhuc superesse illa prohi-
bens eum amplius numerare. Gratias egit domino super hoc
tam mirabili dono suo promittens quod illa bursa de
cetero bursa ihesu vocari debebat atque ex ea pa-
uperibus necessaria distribui. Ex hinc ergo pauperibus ex ea
largiebatur et hoc nisi quando alias pecunias non he-
bat. Si vero interdum aliquas pecunias habebat vel proprias
vel per elias susceptas illas primo dabat. Quando
autem alias non habebat ex hac bursa pauperibus adeo
liberaliter ac large distribuebat quod quantum tactu po-
terat experiri parum in ea remaneret. Prouidebat
tamen omnipotentis dei misericordia quod semper ad usum pauperum
omnis in ea sufficientia erat. Non numquam hoc virgo ali-
cui de specialibus amicis suis tradidit eandem pecu-
niam numerandam. Qui cum ipsa iubente secundo aut ter-
cio eandem adhuc numerasset semper inuenit quantam pecuniam
per tres vel quatuor vel quinque denarios multiplica-
tam ut videlicet per tale miraculum firmam fidem habe-
ret in domo dei que circa eam fiebat. Solutis de-
bitis fratris sui sicut predictum est ex hac bursa

plusq̄ quadraginta libras ex eadem distribuit pau-
peribus. sed aliquibus secretissimis amicis suis revelaverat.
atque post hanc revelationem adhuc fere quinque vel
sex annis permanens in hac vita largitur ex ea
pauperibus usque ad mortem suam donabat. Postquam
vero migravit ad dominum inventi sunt in ipsa bursa
de eisdem denariis. quod computati cum hiis quos
Qui ingressus domum eius cum audisset
confessionem eius porrigebat ei quandam hos-
tiam non consecratam suspicatus quod cum illa posset
sustentari qui secratam suspisisset Virgo autem
non valens eam insumere et deglutire statim

expuit eam Quo viso cum curatus qui commo-
tus corripuisset eam tamquam corpus domini volun-
tarie expuisset illa respondit O domine
putatis me privatam ratione ut nequam dis-
cernere inter corpus domini et simplicem panem
pro sacramento quia cum illud facillime sumam
et degluciam tamen simplicem panem hunc
non valeo deglutire sed evomo eam Qua
responsione confusus curatus sciebat
enim se deprehensum surgens cum sacramento
reversus est ad ecclesiam Remansit itaque
virgo in gravi merore tam propter carentiam
sacre communionis quam propter duriciam et incredu-
litatem curati atque in eodem merore usque
ad conceptionem beate virginis perduravit
In ipso autem die conceptionis eiusdem beate vir-
ginis dum celebrarentur in ecclesia prime mis-
se angelus domini cum magna claritate cellam eius
ingressus et quasi super tanta claritate tur-
batam ne timeret adhortatus dicebat
ei quod ipsa infra decimum et septimum annum
egritudinum suarum qui annus tunc erat visu-
ra foret in carne et sanguine ihesum christum
creatorem suum mortuum et suspensum in
cruce eo quod curatus porrexerat ei simplicem
panem pro sacramento corporis domini Tunc
virgo quod sibi promissum fuerat predicto cura-
to per omnia intimare curabat quatinus firmius

de ceteros crederet gratie dei que circa ipsam
operabatur tum quod ipsa ab angelo sancto et ipse
ab ea audierat factum fuisset Morabantur
eo tempore quidam in anteriori camera huius
virginis qui ipso die consilii gratia pro cura-
tione egrotantis pueri ingressi ad eam accep-
to quoque consilio regressi cum et ipsi subito prefa-
tum lumen in cella eius vidissent putantes incen-
dium fuisse ingressi sunt ad eam ut extinguere-
rent id Quos illa consolans excusato quoque
eo quod contigerat et incendio negato remisit
eos ad propria Post hec vero feria secunda ante
festum thome apostoli que pro tunc erat ante vigi-
liam eiusdem apostoli de vespere inter octavam horam
et nonam intrabat cellam huius virginis magna
quedam claritas Cuius irradiatione cum clau-
sis oculis occupata iacens in exercitiis suis
ante oculos suos sensisset apertis oculis videbat
secus pedes lectuli sui crucem quandam ad similitu-
dinem earum quibus vinguntur egroti atque atque
in eadem quasi puerum viventem in carne
et sanguine cum quinque vulneribus que ipsa in-
dicabat verum deum et hominem dominum nostrum ihesum
xpm crucifixum Cum quo dum loqueretur gratias
agens super tam inenarrabili bonitate sua
audita fuit a patre suo extra cellam existente
qui custodiebat eam Qui cum veniret ut

videt quis cum ea loqueretur is qui apparuerat
quasi volens recedere ascendat cum cruce usque
ad solarium sub quo virgo iacebat Tunc ipsa
ad hoc quasi dubitans de visione ac de recessu
eius dolens ferventi amore clamabat dicens
O domine si tu es et iam vis recedere a me obsecro
ne discedas nisi relinquas mihi signum quo
et scire possim quod tu veraciter hic fuisti et tui
recordari possim Statimque qui quasi reces-
surus ascenderat dandens super eam transfor-
batur quasi in hostiam maiorem hiis cum quibus
vulgus communicari solebat et minorem hiis cum
quibus sacerdotes celebrant circumdatam un-
dique quasi circulari quodam diademate ex luminosis
valde radiis que et ante oculos eius
pendebat in aere parum ultra genua eius
super mappam qua pro parte erat operta
Illa enim pars lumili ubi pedes eius iacebant
per suppositionem cussinorum parum elevata erat
ita quod clare poterat ipsam hostiam videre Habe-
bat quoque eadem hostia ad instar domini cru-
cifixi quinque cicatrices sanguineas scilicet
in utraque manu et pede et latere dextero atque
in ipso latere ~~erat~~ dextro erat sanguis coa-
gulatus ad magnitudinem quasi dimidie
pisce In cuius aspectu tanto gaudio cor eius
tripudiabat et quodammodo saltabat atque pre-

Vehemencia horum saltuum circa vitalia pecto-
ris adeo angustiabatur quod putabat se
certum moriturum ideo quod pro refocillacione
illius angustie quam ex tali gaudio conce-
perat oportebat cor eius per suppositionem manus
cuiusdam femine scilicet katharine ingrati symonis
barbitonsoris quodammodo refrenari ne ex sal-
tu eius vehemencia corporaliter deficeret Igitur
sicut predictum est pater virginis ingressus
cellam eius resedit super lectum qui iacebat coram
ea interrogans an in aliquo sibi posset subvenire
Que respondit dicens Nunc pater surgatis
de lecto ego habeo ~~his~~ hic penes me iacentem
dominum crucifixum Stupefactus pater eius sur-
gens videbat hostiam sicut dictum est quinque
citatricibus signatam similiter et frater eius vilhelmus
petri in eundem modum videbat eam Et cum
ipsa virgo videret hostiam illam pendentem in aere
vel super mappam ~~iacentem~~ stantem ceteri tamen
qui aderant videbant eam quasi super mappam ia-
centem Item feminam quandam katherina iam predicta
neptis huius virginis demandata videbat
eandem hostiam in quatuor locis cruentatam atque
ex latere eius et pede dextro fluentem sang-
uinem in sinistro autem pede sanguinem coagu-
latum Apparuit autem huic femine substancia

illa ad magnitudinem hostie que consecrat
et levatur in altari. Alie quoque due femine
margareta et ecketgen videbant eandem hostiam
in quatuor locis cruentatam. Alia autem in quinque
locis. Hii testes examinati sunt feria sexta
post predictum festum beati thome apostoli eiusdem
anni sicut infra dicetur. Dum igitur prefata
sicut dictum est apud hanc virginem facta
fuissent misit ipsa vilhelmum fratrem suum
ut vocaret curatum predictum dominum andream di
ceret quod ei quod ipsa haberet apud se dominum crucifixum
Curatus autem et si minus credebat hiis que
dicebantur surgens cum illotis manibus venit
et ingressus est cellam virginis. Cumque vidisset
hostiam sicut predictum est quinque cicatricibus
sanguineis signatam exclusis omnibus qui
aderant in cella atque firmiter ostio clauso
admirabat virginem per tremendum iudicium dei
ne alicui quod factum fuerat diceret. Deinde
cum virgo vehementer desideraret sibi hanc
hostiam a sacerdote ministrari. Ille respondit
Si vis communicari ministrabo tibi hostiam et eucha
ristiam de ecclesia quam scio veraciter esse cor
pus corpus domini de ista vero dubito quid sit
Sed cum virgo constanter peteret sibi presentem
hostiam ministrari ille consentiens tradidit eam
sibi secundum estimationem suam tamquam non consecratam

quam ipsa suscepit sicut verum corpus domini
nostri ihesu xpi crucifixi In cuius sumpsi-
one hoc mirabile sibi contigit quod cum hos-
tias non consecratas et alios panes consiles
sibi sepius oblatos nullo modo potuisset deglutire
hanc tamen hostiam facillime deglutivit que et
vertebatur in ore eius ac deinde ad interiora eius tran-
sibat per omnem modum quem experiri solebat in
sumpsione sancte eucaristie Sequenti die cum
de mane celebrentur in ecclesia prime misse predictus
curatus descendens ad inferiora chori petiit ora-
ciones populi pro hac virgine dicens eam in hac
nocte fuisse temptatam a sathana ut eam decipe-
et unusquisque compotem fore sensuum suorum aut sane
mentis ideoque supplicans ut singuli pro ea
dicerent oracionem dominicam et salutacionem
angelicam quatinus per graciam domini a diabolo vel tempta-
cionibus eius liberari posset et in tollerancia
paciencie confirmari deinde regressus ad chorum sumpto
ciborio cum corpore domino transibat ad domum
virginis sequentibus se multis hominibus et admiran-
tibus super hiis que faciebat Ingressus autem cel-
lam eius cumque deposuisset ciborium ante lectum eius
stans in ostio celle precepit populo quatenus flex-
is genibus dicerent pater noster et ave maria ad
laudem dei et salutem anime huius virginis dicens
Noveritis cuncti qui adestis diabulum hac

nocte hic fuisse ad temptandum et ad decipiendum hanc virginem ac reliquisse apud eam quandam hostiam non consecratam que non erat deus sed ut eam per ipsam deciperet in fide pro cuius testimonii veritatem paratus sum iudicium incendii subire
Sed ecce hic presencialiter adest venerabile sacramentum quod veraciter deus est caro et sanguis domini nostri ihesu xpi pro cuius testimonio etiam paratus sum subire iudicium incendii ideo que noveritis quod omnia que hac nocte facta sunt non nisi a diabulo sunt ut eam deciperet Ut ergo melius et fortius resistere possit temptacionibus eius de sathane dabo ei sacramentum corporis et sanguinis domini nostri ihesu xpi quod presencialiter adest supplicans omnibus vobis quatenus flexis genibus dicatis pater noster et ave maria ut illud ad salutem anime sue possit sustipere Quibus dictis conversus ad virginem recedit circa lectum eius Ipsa autem conversa ad eum leviter corripuit eum intrinsece et ipsum solum dicens eum male locutum fuisse nec operacionem extitisse sathane id quod factum fuerat dicebat que ei O domine prius quam hec futura fierent dixeram vobis quod angelus domini mihi dixerat hec futura ut cum facta fuissent facilius credentis gracie dei que circa me operatur
Post que et alia mutua colloquia curatus exhortatus eam ad pacienciam tradidit ei

sacramentum eucaristie reuersus quod est cum sacramento ad ecclesiam. Interim tantus tumultus oriebatur in populo propter ea que contigerant quod curatus non audens redire ad domum manens in ecclesia. Congregati ergo stultetus et scabini cum reliquis scabinis consulibus ciuitatis venerunt ad eum in cimiterio constitutum interrogantes de signo quod contigerat atque desiderantes ab eo scire utrum ea que dicebantur sic ut narrabantur se habebant. Qui respondebat ea que facta fuerant ludificatione fuisse sathane ut eum temptaret atque in eodem relictam hostiam quam ipse inueniens accepit et combussit. Quo audito responso rectores ciuitatis reuersi coram multitudine honorabilium hominum dixerunt quid curatus renderit. Ex hinc ergo maior tumultus oriebatur populorum dicentium eum non verum testimonium prohibuisse eo quod multi sexus utriusque fide digni que facta fuerant verum citer viderint. Reuertuntur ergo rectores cum aliis honestis personis ciuitatis ad curatum dicentes ciuitatem ciuitatis non habere pacem cum ipso iamque suadentes ei ne transiret ad plateam eo quod veritatem gestorum non dixerat. Tunc curatus mutato testimonio quod prius dicebat se hostiam illam in aquam proiecisse. Interim rumor qui prius tantum fuerat in ciuitate est ex

ciuitate in tm̄ multiplicabat q̄ ex pte epi
triectensis intrabat ciuitate dn̄s iohannes
cognomento die clerici puisor et decanus
zelandie Adueniens et dn̄s mathias suffraga-
neus triectensis q̄ se quinq̄ uel sex vicibus p
supremum dixerat vocatum ~~ad~~ ut stiedam pgeret
ad monitum Qui conuocauerunt plures religi-
osos viros et presbiteros de diuersis ciui-
tatibus hollandie coram baliuio et sculteto ac
scabinis ceteris q̄ consulibus pfate ciuitatis
ut ad laudem dei veritatem inquirerent signi
illius qd predicte virgini contigerat Quo viso
curatus vehementer turbatus ac desperans de
ppo adiutorio misit clam amicum quendam q̄ ex
pte ipius deprecaretur virginem quatinus amore
dei sapienter et clementer excusaret id qd ipe
insipienter egerat atq̄ eum de tanto periculo
in quo erat liberaret Assumpto igitur curato
flente eps et puisor ingrediuntur ad virginem cum
multis religiosis et secularibus viris ut inquirant
ab ea veritatem signi qd ~~ap~~ apud contige-
rat Cum ergo episcopus interrogaret eam de
facto peteret q̄ sibi rei veritatem indicare
virgo prius duas peticiones petiuit ab eo. dice-
bat enim palam coram omnibus a curato se iuramen-
to constrictam ne qd unquam de hac re cuiq̄ re-
uelaret et ideo si vellet veritatem ab ea pci-
pere postulabat se prius ab eo de vinculo absolui

Absoluit eam eps a promisso quod adiurato cura-
to fecerat. Secundo petiuit ab eodem et a ceteris qui
aderant quatinus sibi in manu promitterent ne unquam
quamdiu ipsa viueret curato corporaliter noceret
aut eum ab ecclesiastico regimine suspenderet
insuper et ea que ipsa dictura erat subti-
tulo confessionis tenerent quod et similiter promiserunt
se seruaturos. Tunc exclusis secularibus vergo
ut confusionem curati quam prefatis inhonestis
verbis incurrerat adumbraret et eum ab imminenti peri-
culo liberaret rendit coram solis presbiteris se pa-
ratam fore etiam mori pro confirmatione eorum que dictura
erat sic dicens. Dominus ac saluator noster ihesus
xpus fuit apud me perfecte et integre in
carne et sanguine in specie pueri affixus cruci
ad instar earum que deferuntur infirmis pro extre-
ma unctione cum quinque vulneribus qui et appa-
rebat mihi cum magna et ineffabili claritate in
cella secus pedes meos tui et ego dicebam
O domine si recessurus es a me relinque mihi
queso signum quo mediante tui valeam recor-
dari. Tunc is qui apparuit leuauit se sursum
usque ad solarium sub quo iacebat rursumque
dicendes transformabat se in substantiam siue hostiam
minorem his cum quibus celebratur in altari et maio-
rem his cum quibus populus communicatur mansitque erecte
quodammodo stare parum ultra genua versus superio-
ra corporis mei. Quam hostiam cum desiderasse

sumere sine communicare curatus porrigebat mihi eam
Quapropter supplico quatinus si idem curatus ~~porrige-~~
~~bat idem~~ in aliquo offendit misericorditer se-
cum agatis et culpam ignoscatis Quibus circa eam
gestis et ab ea dictis episcopus et provisor in pen-
cia predictorum s. balivi sculteti et scabinorum cete-
rorumque consulum prefate civitatis adverabant omnes
qui in predicta nocte signum hoc viderant adiu-
rantes singulos eorum quatinus sub sacramento
iuris iurandi singuli simplicem veritatem dicerent
Erant autem hii petrus iohannis patricius virginis et
Wilhelmus petri frater eiusdem virginis Item
katherina uxor magistri simonis barbitonsoris
et Wine filia henrici et ecketgen neptis huius
virginis margareta quoque uxor alberti iohannis
de quibus supra dictum est Examinati sunt autem
hii testes feria sexta post festum thome apostoli s.
in vigilia vigilie nativitatis domini anno domini
m° ccc° xii° Hec que hic dicta sunt de hac
revelacione sine signo partim quidem habentur
in cedula Vulgariter data a predicto promosore
et rectoribus prefate civitatis integraliter autem
et secundum veritatem collecta sunt a iohanne garlaci
cognato huius virginis Erant autem non nulli
in ipsa civitate qui volebant quod dicta hostia
fuisset reservata ut pupplicari posset tale
miraculum et ideo indignabantur curato quod eam
virgini tradiderat communicandam Cum ergo ab hoc

postea accusatus fuisset coram prelatis traiectensi-
bus nichil tamen mali sensit sed ab eisdem prelatis iudi-
catus est benefecisse allegantibus quod frequenter ange-
lus sathane se transfigurat in angelum lucis. Unde
et dicebant quod si reservata fuisset potuisset per
ydolatria committi. Mappam autem illam super quam hoc
signum contigisset dominus mathias suffraganeus
predictus sanctificavit ut communiter in usu altaris
et celebrationis haberetur ob reverentiam eiusdem
signi. Item hoc eodem anno s. Jeronimo ipsa virgo ex
vehementia doloris particulari evomuit pulmo-
nem et epar cum pluribus in testinis sicut dictum est
capitulo quinto et brachium eius dextrum quasi so-
lutum erat a iunctura scapule de quo infra di-
cetur capitulo 44o. Post hec sicut habetur
in prefata littera rectorum civitatis Ftiedamensis tanto
amore divino et desiderio sacre communionis
cor huius virginis accendebatur quod pluribus annis
per omnem quindenam sumebat venerabile sacra-
mentum eukaristie de manu sacerdotis quod etiam
ad hoc multa oportebat uti subtilitate et provi-
dentia quia alias non potuisset illud insumere vel
deglutire postea porrigebat ei parum aque pro
ablucione que etiam tantam difficultatem patiebatur
in gutture eius quod vix poterat eam deglutire. Inter-
dum tamen non porrigebat ei aliquam ablucionem
propter nimiam difficultatem quem patiebatur. Et hic
quidem status communionis eius usque post annum domini Jeronimi
Ab hinc autem usque ad mortem suam continuter

paciebatur febres quartanas et int̄dū coti
dianas ꝑ sublevacione aīaꝝ a purgatorio Eo
tpe tanto dīuīo amore flagrabat ꝙ ꝯn̄ qn̄
tpe quartane febris accessū febrile nō pacie
batur duobꝫ diebꝫ ꝯiunctī q̄ erant int̄ prece
dente ⁊ sequēte accessū ꝯiuabat de manibꝫ
ꝯfessoꝝ suoꝝ .s. dn̄i angeli de ~~dor~~ dordra
co et dn̄i iohānis walteri de leydis Int̄dū
quoq̄ tpe substracte solite dīne consolacionis
que sibi erat refectio tā corporis q̄ aīe in tm̄
corpe debilitabat ꝙ ꝓp̄ hoc q̄si sine refectōe
spūali subsiste nō valens corporalit ꝑ suste
tacōe nō solū aīe ꝑ etiā corporis hoc sac
scm̄ epulū dn̄ici corporis sacro sanctū qn̄
dcm̄ est nō paciebatur accessū febrū crebrius
sustiperet In cuius suppositione tanto dīuīo
lūe frequent̄ intrinsecus illuīabat ꝙ q̄ad
modū corporalibꝫ oculis corporalia ita et
ipsa hoc sup celesti ꝑfusa ~~est~~ lūe oīa sua
interiora oculo mentis ꝑspiciebat Hoc et
ceteris tpibꝫ freq̄nter ei contigit in p̄ntia
lūis ꝯtemplatiui Unde pꝯtea tpe dere
lcōis et ariditatis sue cū hanc illustracioꝝ
ꝑ dīnā dispensacione nō sentiret meor p̄
teritoꝝ dieꝝ suoꝝ cū gemitu dicere solebat
O ubi nūc dies illi in q̄bꝫ interiora mea
intrno oculo sicut corporalia corporali oculo so
lebā intueri Sic q̄ ꝑficiebatur in ea qd̄ scriptū

est In die bonorum ne in memor sis malorum
in die malorum ne in memor sis bonorum Me
Hec igitur est latitudo hostiarum quas pluribus
annis comicabat quas 2 dns iohannes walter
prefatus confessor eius attenuare solebat et quasi
et quasi de una facere duas sequitur Qualiter hec
virgo declaravit modum incarnacionis verbi Capitulum
Eo tempore quo sicut precedenti capitulo 32
dictum est hostia sacramentalis apud hanc
virginem reperta fuit fuerat erat quidam doctor sa
cre theologie in civitate tricetensi de domo or
dinis predicatorum eius de civitate Qui cum tam hoc
mirabile quam alia plura que circa eam fiebant audiret
a diversis diversimode interpretari nec tamen eo quod
sale discrecionis erat conditus audiret pro ne
gatione consentire quemadmodum quondam regina saba
ad regem salomonem ita et iste ut de hiis certi
ficari posset venit temptare eam in enigmatibus
Ingressus igitur cellam eius inter cetera colloquia
interrogabat eam quemadmodum factum fuerat a bea
tissima trinitate opus incarnacionis verbi Cumque
illa utpote in vera humilitate fundata latere
malens quam sese ostentare multiplici excusa
cione et verborum circumvolucione id est nescire quo
damodo affirmaret ille admirabit eam pro tre
mendum dei iudicium quatinus si nosset verita
tem non taceret Tunc virgo vehementer lacrimata

a deo q̄ fr̄ez i'm ad lacrimas p̄uōret sīlitu=
dine q̄uenientissiā mirabilē hāt opacionē
mūtate q̄pulsa declarabat Sumebat āt sīlitu=
dinē hanc a corpore solis quasi ex ipso sole
tr̄s distincti radij p̄cederēt qui ī vnū radiū
p̄ vnicionē redacti circa ipm̄ q̄dē solē latitudinē
extremitatē ueō suā in subtilitatē acuīs sū
radiū acutū ad modū lancee tiēantes me=
diante ipo acuto radio sū acuē domus interio=
ra penetrarent Per solē enī intelligebat sūmā
et eternā dīuitatē p̄ tres radios a sole p̄ce=
dentes opacionū tr̄ū p̄sonaꝝ in īcarnacōe
ubi p̄ vnicionē tr̄ū radioꝝ in vnū radiū
ydēptitatē et sep̄abilitatē opacionis tr̄ū dīna=
rū p̄sonaꝝ in eiusdē ubi in carnacōe Acu=
mē hoꝝ tr̄ū radioꝝ siue acutū radiū ex
tr̄bus q̄uīctis radijs p̄cedētē appellabat p̄sonā
ubi siue filij īcarnati cuius in carnacōz tres
dīuīe p̄sone īsep̄abiliter sūt opate q̄ et ad in
teriora v̄ginalis vteri penetrans de purissima
sbstancia illius sūptā p̄ticulā sibi in vnitate
p̄sone vniuit Quo audito p̄dicator ayt
se nūq̄ quidē talē sīlitudinē in scp̄tuis le=
gisse ut repeisse verūtn̄ hāc xp̄iaissiām
foē et ī nō audebat de ceteō de hac v̄gine
nisi que vr̄a sūt et bona dicere et credē

ā cogitare tāq̄ de verā fāula dei Rogabat
aut eadē v̄go frēz p̄ dcm̄ ne h° qd̄ ipā ei dix-
erat ille ārcui q̄ diu ipā viuēt reuelaēt C
De morte sup̄dicti dn̄i ādree i stiedā Ca^m
Post ea q̄ sup̄dcā sunt ca° 32° C 3 l^m
de apparicōe pueri crucifixi huic v̄gini
facta et pauco tp̄e ante an̄ mortē p̄fati dn̄i
andree curati in stiedā eadē v̄go infecta erat
morbo epidimico multiq̄ ex eadē egritudīe
tūc tp̄is in dicta ciuitate moriebāt Quadā
g° vice desiderio sacre cōiōis accēsa mittebat
fratrē suū Wilhelmū ad ecc̄iā supplicās q̄-
tenus adduceret curatū cū sacramento ut eam
cōicaret Qui q̄uis sciebat eā infectā p̄fa-
to morbo habebat eū ꝑ tūc in brachio suo
duo uel tria epidimica ingr̄ apostemata nichil
oīg tū venit cū sacramēto ingressusq̄ cellā eius
resedet circa lectū eius ut audiret confessiōz eius
Qua audita tradidit ei corpus dn̄i Deinde cū-
sa virgo videbat q̄lit̄ id curatus obturabat
os suū et nares q̄si timuisset ab ea infici et
ait ei O domine n̄ nos nec alius q̄spiā sus-
cipiet mortē occasione mei Cui rūdit
curatus Rimma filia vtinā tā diu viuere posse
donec videre t̄m vite tue Tūc illa ait
Dn̄e nos nō videbitis finē vite mee sz ego
breuit̄ videbo finē vr̄m Qua ꝓpt̄ supplico

quatinus ita vos disponatis sicut ante tribunal
vultis comparere. Erat autem tunc curatus sanus nec quicquam
sentiebat infirmitatis et ideo non ponderabat verba
virginis. Modico autem transacto tempore cum in curriss
infirmitate recordatus est verborum eius mittens quoque
unum ex amicis suis supplicabat quatenus sibi di=
mitteret quod contra eam commiserat sciebat enim se non
egisse cum ea sicut debuerat atque oraret pro se
dominum ut sibi quoque saluti sue necessaria erant concederet
Tunc virgo que semper ex corde compaciebatur omnibus hominibus et spe=
cialiter infirmis demandabat ei quatenus se per veram
confessionem prepararet atque iniusta que in domo sua
habebat dominis et possessoribus suis restitueret. Qui
excusans se cum demandasset se nichil iniusti
in domo sua habere illa rursum demandans
ostendit ei loca in quibus ea reposuerat et personas
quibus pertinebant supplicans insuper quatenus eisdem
sua propria que abstulerat redderet si vellet hereditatem
in regno dei. Erat autem idem curatus ita infectus
avaricia sicut dicebatur quod perimpendens verba
virginis nolebat iniusta possessa retribuere atque
sic tam cum isto peccato quam cum aliis defunctus est.
Post hec more sibi solito rapta fuit hec virgo
ad loca in quibus anime tormenta suis peccatis debita
paciebantur ostendit quod sibi sanctus angelus ductor
suus in quibus et qualibus penis predictus curatus
erat constitutus ac qualiter demones animam eius

de pena ad penam proiciebant sicut in libro sancti iob
scriptum est. Ibunt ab aquis aquis nimium ad calorem
nimium. Successit autem huic domino andree dominus iohannes
angeli de drordaco eiusdem conventus et ordinis decus
conversione supra dictum est capitulo 29o. De calculo quem
usque ad mortem paciebatur. Capitulum 36m.

Hiis et aliis quamplurimis signorum prodigiis
pro divinitus inflicto sibi vulnere prefatarum
tribulationum a misericordie patre coram hominibus
est glorificata tales quoque vicissitudines gratie
spiritalis hominibus ignote per revelacione earundem
tribulationum experiebatur per annos fere viginti quatuor
ante mortem suam videlicet usque ad annum domini millesimum
cccc^m xxx^m ante purificacionem beate virginis
qui erat tercius xxxviii anni ab exordio egritudi-
nis suarum. Ab hoc autem tempore scilicet circa festum puri-
ficacionis beate virginis usque ad festum pasche cum aliis
infirmitatibus quas prius habuerat tanta molestia
calculi quantitatem ovi columbe per ut dicebat
hunc gravabatur quod ipsa dicebat quod id calculus
mortem sibi erat illaturus. In tantum enim moles-
tia illius calculi angustiabatur quod frequenter duabus
vel tribus vicibus in una hora examinis fuisset
non poterat loqui. Qua angustia cessante
et cum vehementi morsu dencium absque verbis in
paciencie vix transacta paucissimis verbis vix uti
poterat. Eo quoque tempore divinitus ita rare visitabatur
per intrinsecas consolaciones quod se domino ihesu confessori

suo quodāmō dēlictam a domino p̄solito
cū multis lacrimis cōqrebatur. De febre quā
cognato suo baldewino puero procurauerat et
febre dn̄i iohannis confessoris. Ca^m 31^m

Habebat aūt apud se filiū fr̄is sui balde-
winū nōie puerū duodenne cōtinue q̄i
sibi ministrāte. Qui ut meōrit' r̄tinēt q̄ circa
eā s. amicā suā fiebāt et ipse expiebatur
mirabilia tali gratia et miraculo procurabat ei inf'
mitate p quā ut ipa dicebat recordaētur eo
rūdem mirabiliū. Utebat' idē puer q̄dā an-
fora ex qua solebat potare. Cir' festū igi'
natiuitatis bte marie virginis in hoc p̄nti āno obi-
tus sui p̄cepit hc virgo eid puero de vespe q̄tenus
anforā ipam seiplenā tenui seruicia in cella
sua circa lectulū suū collocaēt. Qd' cū ille
fecisset eadē virgo facto mane puerū aduo-
cans iussit ei tollē anforā inueniēt eā plenā
nouo poculo diuinitus procurato q̄i ex mistura cy-
namomi et aliarū sp̄erū suauit' redolenciū
ac gustanciū confecto. Sicut aūt hc sancta
virgo s̄m multitudinē tribulacionē q̄bus
cotidie flagellabat' diuinis ecc̄ cōsolacionibus
refouebat' sic eiusdē p̄dictus puer accepto
et potato quātū volebat de p̄fato poculo
statim eodē die cepit lāguere et successiue

diuersis febribus inquietari usque circa natale beati mar-
tini epi eiusdem anni Ex eodem quoque poculo mi-
raculoso diuersi potabant non tamen recipiebant aliquas
infirmitates sicut puer prefatus Similiter et diuer-
si liquores in predictam anforam per ebdomadam
integram missi potantibus saporem prefati suauis-
simi poculi prebuerunt absque tamen molestia
alicuius infirmitatis Curato autem predicto puero a
febribus suis dominus iohannes confessor huius virginis
incidit in febres quartanas quas et eodem die
quo ipsa virgo easdem sustinebat paciebatur
Quo tempore naturalis soror domini iohannis sela nomine
interrogabat hanc virginem quam diu febres fratris
sui essent duraturice Que respondit eum ab his
liberandum fore circa dominicam primam quadragesime anni
sequentis quod et ita factum est Retulit quoque
ipsa sancta virgo pluribus annis ante obitum suum
cuidam fratrum nostrorum sic tamen quod ille quam diu ipsa
viueret nemini illud diceret qualiter videlicet cum idem
dominus iohannes grauiori infirmitate usque ad mortem
laboraret ipsa precum suarum instancia eidem a
domino et mortis dilacionem et vite prolongacionem
impetrauit Diligebat enim eum per cordiali
affectu quippe quam sibi secundum deum satis vnanime
ex parte fuerat De gratia diuine suauitatis quam
prior quidam apud eam experiebatur Capitulum 38m

Ipsa aut scā virgo ꝯtinuabat infirmitatis
suas usq; ad mortē quā et lōge ante
p̄sciuerat Nam cū p̄or quid demādatus ab eadē
venisset ad eā sabbo in quinq̄gesiā eiusdē āni
si in p̄festo cathadre bti petri apli sequēti die
sūmo mane circa q̄rtā horā eiusdē dnice āmo=
nebat dns iohānes eūdē p̄iorē ut intraret
cellā eius si quid gratie spūalis circa eā vellet
expiri Cū ergo cellā ipsam intrasset tātā in
ea fragrātiā suauissimi odoris sensit quā
ipsa beata virgo p̄ tūc a dno visitata et ad lo=
ca celestia p̄ducta reportauerat quasi in ea=
d cella diuerse spēs aromatice reposite fuisset
Post mutuū itaq; colloquiū habitū de hijs p̄p̄
q̄ vocauerat eū recessurū p̄iorē āmonuit
ipā virgo q̄tenus in festis paschalibus ad se
rediret ad conferendū adhuc de eisdē postu=
lās ab eo q̄ si nō inueniret eā oraret p̄ ea
Ex quibus verbis liq̄de patet hoc eā de morte
sua dixisse licet eiusdē mortis mēcionē nō
fecerit De gratia quā habebat in nocte pascha
li et adhuc de p̄phetia mortis eius Cap̄m 39m.

Adueniente aut sollepnitate paschali in
ipsa sancta nocte dōice resurrexionis
circa quartā horā p̄dictus dns iohēs ingressus

ad eam tam ex odore manuum eius quam ex verbis ipsius
precepit quod more solito fuerat ab angelo sancto vi-
sitata. Tantam enim ut mihi dicebat apud eam
suavitatem sentiebat quod putabatur diversorum aro-
matum unguentis permixta. Super quo cum ille ei
congratulans domino gratias ageret ipsa ad se reversa
post tunc habitam visitationem fatebatur
se ~~[illegible]~~ divinitus quidem consolatam penas
tamen asserebat sibi gravissimas instare quas per eadem
festa erat passura dicebat quoque se in eadem noc-
te audivisse in celestibus alleluya cantari ac
sperare quod id alleluya cum celestibus civibus bre-
vitus in maiori gaudio et consolatione esset cani-
tatur levius quoque se habituram ab illis gravaminibus
si festa paschalia transivissent. Quod et si pu-
tetur dixisse ac predixisse de morte sua non
tamen indicavit se brevitus moriturum. Singulis
tamen diebus dicebat quod pene quas illis tribus die-
bus scilicet ipso sancto pasthe die feria quoque secunda
et tertia patiebatur non diu essent duraturae sicut
postea rei probavit eventus. De morte eius Capitulum

Feria autem tertia infra octavas pasthe 40m
rogabat dominum iohannem confessorem suum de
mane ad se ingressum quod nec ipse nec aliquis dili-
gentium visitaret eam ipso die quod et factum fuit

excepto p̄fato puero baldewino q̄ ei usq̄
ad mortē ſeruiebat A ſeptiā fe hora eiusd
diei de mane usq̄ circa q̄rtā horā p9 me=
ridiem qua moriebat fe viginti vicibꝰ vo=
muit materiam ſatis videm q̄ de felle puta=
bat exiuiſſe Dixit m̄ p̄fatꝰ cōfessor eiꝰ q̄ p
q̄tuor vel q̄nq̄ annos an̄ mortē eiꝰ audierat
eā dn̄m rogātem q̄ nō n̄ fe ſolo ꝛ ipā ſtiēte
moreretur q̄ q̄ penas et infirmitates ſuas mul=
tiplicaret et dies ſuos abbreuiaret horā mortis
accelerāret ac breuē mortē r̄deret qd̄ et ſcm̄
fuit Nā cū oībꝰ abſentibꝰ et p̄dcō dn̄o ihōe
legente vigilias p̄ mr̄e ſororꝫ de ſtredam
die p̄cedēti circa horā veſpar̄ defuncta freq̄=
tes vomitꝰ ſicut p̄dcm̄ eſt pateretur p̄fatꝰ
puer porrigebat ei teſtam in q̄ vomebat
et effuſa p̄ vomitū exponebat Adeo at̄ angus=
tiabat in ipſis vomitibꝰ q̄ cōq̄rendo dice=
bat puero mīſtro ſuo Cariſſime fili vtinā
ſcieret dn̄s meꝰ quātū grauor Dicebat at̄
hoc de p̄dicto puero dn̄o iohē cōfessore ſuo
Cūq̄ turbatꝰ puer interrogaret eā an dn̄m
iohēm vellet aduōre tādē aduēriente ultiō
vomitu tātā in eo difficultatē patiebat q̄
materiam in gutture collcāz nō valēs eicere

cepit s ex ea suffocari Quod cernens predictus
puer suspicatus eam statim moriturum flens
cucurrit et nunciauit domino iohanni ac ceteris condo-
mesticis Qui cum similiter flentes accurrerunt in vene-
runt eam agonizantem Tunc dominus iohannes apprehensa
manu eius petiit ab ea signum an viueret vel
an vellet inungi Cumque illa peticeret accenso
lumine ac mediante lucerna applicito a posteriori
parte capitis eius putabat enim eam adhuc viuere
et ideo non posse sufferre lumen inuenit eam
defunctam Ab instanti quo ultimo loquebatur usque
ad exspiracionem eius vix intercessit tantum temporis
quo duo vel tres psalmi Miserere mei deus legi
potuissent Obiit autem xviii° kalendas maii
videlicet feria tercia infra octauas pasche post vesperas
circa quartam horam anno domini M° cccc° xxxiii°
etatis vero sue anno lviii° qui secundum cursum festiuita-
tum completus fuerat in die palmarum ante mortem
eius Et conuenienter satis in festiuitate paschali
obiit ut que particeps fuerat passionum xpi etiam
cum xpo in sancta festiuitate resurrexionis
eius ad eterne vite gaudia transire Obiit vero
completus ab ex ordio egritudinum suarum xxxviii
annis in principio anni tricesimi noni De mirabili
disposicione brachiorum eius post mortem Capitulum xi.

Post mortem autem eius mirabilia inventa
sunt circa eam. Nam per multos annos ante
mortem eius dextrum brachium ipsius omnino mortuum
erat ita quod non poterat illud movere adherebat
quoque iuncture scapule ipsius ut putabatur mediante
uno nervo vel consimili modo satis debili. Quo
tempore intrabat ad eam visitationis gratia cyurgicus
quidam fama mirabili que de ipsa volitabat
attractus. Qui considerans circumstantiis eiusdem brachii
de divina confisus misericordia dicebat se scire remedium
pro curatione lesure que erat in iuncturam supradictam
sic tamen quod oporteret eam pro illa recipere aliam inter
cubitum et manum eiusdem brachii. Quod cum
illa gratanter acciperet malebat enim salva volun
tate divina lesuram habere comminatam sive promissam
quam antiquam ut saltem aliquo modo posset uti
manu illa cyurgicus supradictus supposuit iuncture
illi duo emplastra de balsamo pro ut
estimatur confecta quibus eadem iuncturam successu
temporis est solidata. Habebat quoque fracturam
in superiori labio oris unde supradictum est capitulo
septimo que est duabus vel tribus emplastris ex
eodem unguento curata est. Suscepit autem pro
priori incommodo brachii aliam lesuram sicuti cy
urgicus predixerat inter cubitum et manum eiusdem

brachij adeo tn̄ molestā q̄ ipā id brachiū
dextrū sive manū eius cū manū sinistra ⁊
sana difficillīe poterat movē Solita tn̄ erat
dicē q̄ sperabat q̄ adhuc ante mortē suā deū
erat laudatura cū utroq̄ brachio extenso qd
et factū fuit sicut aperuit p̄ mortē eius Nā
cū brachiū eius dextrū multis annis immobile
iacuisset nec nisi vix p̄ 3s hoīes moveri po
tuisset postea aūt p̄ translacionē lesuē aequatu
lū mobile factū fuisset p̄ mortē tn̄ eius nu
dato corpe q̄ omni spe ⁊ nemine sciente quo
id factū fuit inventa sunt ambo brachia eius
quasi complicatis manibus et digitis circa pec
tus eius unū viz brachiū cū manū eius dem
ab una parte pectoris et aliud cū alia manū
ab altera parte pectoris digitis utriusq̄ manus
incurvatis De ultimo cingulo eius cilicino

Sicut supra dictū est capitulo nono Capitulum 42m
multis annis ante mortē suā videlicet
fere ~~triginta~~ xxx cingulis cilicinis pluribus
ad carnē usa fuerat quorum ultimo a p̄fato dno
iohe comparato circa triennium accincta fuerat Cū
ergo defuncta esset ⁊ nudata p̄ sepulturā revesti
eretur invenit id dns iohes et qui cū eo aderant
circa scapulas eius predictū cingulū solutū
quid a corpe eius mo hoīb ignoto sed integrū

tu rotundum et non solutum a vinculis ligature
sue. De inuolucione corporis eius Capitulum
Pecierat autem multo tempore ante mortem Sextum
te suam a sepe dicto domino Iohanne quod non
pateretur eam post mortem longam facere moram super
terram sed statim procuraret eam vestiri et sepeliri
secundum modum modum ab ea sibi dispositum
Quod cum ille libenter fecisset exigente cum
violencia rectori ciuitatis quibus resistere non po-
terant preceperant enim ei super pena vocis et
corporis ne eam de loco moueret corpus remanse-
rit in strumentis sicut fere ut putatur viginti ia-
cuerat annis vnum usque ad mane ferie quarte quando
erat more solito vestitum et in sartofago lig-
neo reconditum ac in eodem loco ubi iacuerat
repositum. Vestitum vero est ~~enim~~ id corpus moris
religiosarum sororum in tunica lanea desuper
que accinctum cingulo cilicino cuiusmodi in vita ad
carnem uti solita erat posito super capite
eius pilleo sumitera quod de franceno in cuius
ambitu cum in causto nigro scripta erant glo-
riosa nomina ihesus et maria plura quorum cor-
da depicta quasi iaculis siue sagittis trans-
fixa. Hec autem omnia scilicet sepulture sue necessaria plu-
ribus annis antea circa se preparauerat sicut supra
dictum est capitulo xxvi. Sub capite vero ipsius

sicut desideraverat positus est saccalus quod cum
lacrimis eius sanguineis suaviter redolentibus
quas et rosas appellaverat quas ex oculis ipsius
successu temporis defluentes et super genas ipsius co-
agulatas dominus iohannes confessor eius cum quibus lacri-
mis emollierentur abrades in ~~[illegible]~~ saccalo re-
conditas in strinio penes se reservaverat
De mirabili gloria corporis eius post mortem Capitulum

Predixerat vero quod sicut os ceteri cum [illegible]
maximis penis moreretur et quod nulla miracula
in eius morte quod et factum fuit facies tamen eius
nullum pallorem mortis sive colorem pretendebat
sed quasi oleo vel vernice linita fuisset tanto splen-
dore et decenti albedine radiabat ut neque facies
communis hominis mortalis aut defuncti videretur sed ut
aspicientes dicebant quasi similitudo hominis glori-
ficati Aiebant enim se numquam ita speciosam ymagi-
nem vidisse Unde et licet multi plures accesse-
runt ad eam videndam tamen dicebant quod non poterant
eius aspectum satiari Similiter et totum corpus eius eadem
albedine similique splendore radiabat prout a
sorore prefati domini iohannis sela nomine percepi quod tanta
quoque gratia sanitatis et decenti carnositate refulge-
bat omnia membra eius fracta videlicet frontis eius
de qua supra dictum est capitulo 7mo pedes quoque et
crura manus et brachia collumque ita rugosum

ac totū corpꝰ ita integrū q̄si nūq̄ q̄q̄ infirmi=
tatis in eis fuisset ut lesuē vulnerū excepto q̄
in vulnē sū lesuā dextr̄ brachij eiꝰ ⁊ in vno
vulnerū q̄ sibi picardi intulerāt cicatrices p̄ue
ad modū fili apparebāt Habebat āt p̄dictus
dn̄s iohēs t̄s nāles sorores q̄ dū cū alijs q̄bꝰ=
dā hoc venerabile corpꝰ custodierāt ex aspcū
illiꝰ ⁊ p̄ncia tanta g̃ncia r̄plebāt q̄ toto hoc tp̄e
a tr̄situ viz eiꝰ usq̄z ad sepulturā nec fame nec
siti nec sop̄nolencia g̃uabāt sicut ab vna earū
s. sela p̄cepi De concursu visitacōū corpꝰ eiꝰ
Compta āt morte eiꝰ ac fama glē Cap̄ 61m
corpis eiꝰ de q̄ p̄dcm̄ est lōge lateq̄z volā=
te toto hoc tp̄e qd̄ intercesserat a tr̄situ eiꝰ usq̄z ad
sepulturā etiā usq̄z ad mediā noctē tātꝰ gt̄=
sꝰ hoīm fiebat ad eā de rotterdā ⁊ delft de
leydis et de brielis ac de alijs circūiacētibꝰ
ciuitatibꝰ ⁊ villis q̄ ꝓp̄ diuersitatē tapacium
eorūdē nūm̄ nō audeo milium nūo explicare
pueri quoz tū ut 4or ānorū q̄si ad ābulādū
p̄cincti tā effectuose currebāt q̄ ecc̄ hoīes
etatis p̄uecte incitabāt ad visitacōz tātarū
reliquarū Ingressi āt domū in q̄ fuꝰ erat et
q̄si statuā pusilli erāt nec erigere se poterāt
ut corpꝰ in lcō siue loco ubi vinū iacuerāt
positū viderēt vociferātes q̄ plurimi

dicebat Nonne ego videbo virginem hanc pro qua
videnda de rotterdam veni etc. Tunc astantes leva-
verunt eos ad videndum eam ac post visionem cum eleemo-
sinis albi panis remiserunt ad propria. Similiter et matro-
na quedam cum parvulo suo etate unius anni et trium men-
sium habente cum advenisset infantulus ille manibus complica-
tis et facie ad fugam conversa oculos suos ita reverenter
et seriose in illud retorsit quod hii qui ipsum fungum
custodiebant devocionem infantuli videntes et ad-
mirantes movebantur ad lacrimas. Qualiter attrac-
tu in mundorum hominum hec virgo sancta viviens et defun-
cta maculabatur. Capitulum 46

Propter patientissimam eorum que continue paciebatur
tolleranciam et cotidianam cum sanctis angelis fami-
liaritatem atque in celestibus conversacionem ad tantam hec
beata virgo puritatem pervenerat quod quemadmodum qui tangit
picem inquinabitur ab ea ita et ipsa in mundorum hominum
manibus attractata visibiliter maculabatur. Nam cum
adhuc ipsa viviente non numquam talium manibus manus
eius tangerentur per biduum vel triduum nigre ma-
cule post in ea non vise in manibus eius remanserunt
Sic et post mortem ipsius cum sicut dictum facies eius
tanto splendore radiaret accedens quedam matrona
cum aliis visitacionis gratia quinquagenarium suum quod
vulgo dicitur pater noster super faciem eius ex devocione
sicut putabat circumduxit statimque eadem facies
ex illo contactu successive notabiliter est obscurata

Qua ppt' cū corpꝰ eiꝰ in ecc̄ia positū quidā
ad aspcm̄ astātiū p a pcōz sarcofagi postu
laret manifestari ceti q' hmōi obscuracōz noue
rant apm̄ phibuerūt timentes ne si aplꝰ
obscurata fuisset alij scandalizaret. De sepul
tura eiꝰ Ca^m ea^m.

Tandē fia sexta infra predictas octa
uas pasche qrta vz die a die tūsitꝰ sui
pꝰ celebrata deuotissime sollēpnia missarū di
ei sepulta fuit hora duodecīa i meridie exēplo
saluatoris q' cōpleto cūcto misterio r̄ dēpcionis
hūane feria sexta hora duodecīa in meridie
defunctꝰ eodē die aduesperante sepultꝰ est sua
dente ⁊ exhortāte ppl'm pore de q' ca^lo 13° et
ꝯ 3e dcm̄ est ut paterēt ea sepeliri atq; ab
eodē sarcofago ante sepulturā fuit obserato
Sepulta est at in australi plaga cimiterij
ecc̄ie sancti iohis bap^te in stiedam in fossa de
sup ope lapideo a cemētarijs opta nō tamē
tra tecta nec sup tra posita sz sup trabes qs
dam siue ligna in fosse latitudine extensa
pcierat em̄ an̄ morte sua ut q' q̄ad mo^m
ipa in tegmita āmis tra nō tetigerat a moue
ret ita n^c ipsā defunctā tra tāgēt aut opiz
Superior aut ps sepulcri eiꝰ q. s. sup tra ope lapi
deo duobꝰ fe' cubitis eleuatur ⁊ saxo rubeo

oportet inteius decenter satis et orta diuersis videlicet
rubeis crucibus quales in ecclesia solitum fieri dedi-
candis pro sepultura eius cum sepulcrum eius multis
visitacionibus et diuersis et diuersorum oblacionibus hono-
raretur quia se per eam a diuersis infirmitatibus remedia sa-
lutis dicebant consecutos rectores ecclesie consilio
inito sequenti anno s. 1434 capellam lapideam circa
festum decem milium martirum fundatam cum altari
super idem sepulcrum construxerunt tendentem a choro
inter duo pilaria siue columpnas ecclesie ad sepulcrum

Hec pauca de multis et quasi de innumeralibus mo-
dica dixisse sufficiant Nam ut verbis ipsius
quibus de diuinitus circa se gestis loqui solebat secundum
veritatem utar omnia que de quocumque statu eius dici
possunt quasi folia sunt de arboribus fluencia quarum
radices videri non valent Sunt et veluti spice
quas sancta ruth post terga metentium et manipulos li-
gancium colligebat que reuera valde parum sunt
in comparacione manipulorum Ut enim ex precedentibus
patet per decem et nouem quasi annos egritudinum
suarum a principio in quibus tam parco et super humano
cibo et potu ac sompno utebatur per reliquos fere decem
et nouem nullo omnino eorum nec aliqua corporalia superflua
nisi per vomitum emittebat Et hoc quanti sit pon-
deris quis explicabit Sic et diuinas eius consolaciones

quas p contemplacionē expiebat in q̄bꝫ fe
xxiiij ānis cotidie in paradisū ⁊ ad celestia ad
purgatoria q̄ et infernalia loca rapiebatur
quis enarrabit Ineffabilis quoꝫ erat castitas
ipius qua cū aplo supplens ea q̄ desunt passionū
xpi in corpe suo tanta p redimendis a penalibꝫ
locis paciebat ~~Et sic est finis~~.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

In xpi noie incipit prologus wandalberti
diaconi in vitā et actus atq; miracula be-
ati goaris editus ad illustrē virū marquar-
dū albatē monasterij prūmie

Miracula diuinorū operū huā-
no generi fide semp inteḡ
esse suscipienda et deuota
glorificacione narrāda scrip-
tura sancta cōmonēte et
angelo hoc ipm̄ thobie sancto p̄cipiente
didicimus Plurima tamē eorū que aut p se-
metipam xpi potencia efficiat aut p scōs vi-
ros mūdo in exemplū ppositos operat̄ ppterea
nostro tpe minus int̄dū nota et clara haben-
tur quod aut caducis rebus intenti parū hec
leuiter contuem̄ aut ea etiā que in āmiracōz
sui nos magnitudine pmouent nō tā rerū
ignorancia quā animi desidia future post
nos etati scribendo trāsmittē dissimulamus
Qua in re longe est nrā quā maiorū nrorū
tū manifestior tū in excusabilior culpa Quippe
apud gallias multos ānos lr̄arū studia iacuē
nec facile plures p trāsacta retro spacia libera-
liū arciū munere functi ~~esse~~ esse reperiunt̄ quo
ad nrā etate pncipū liberalitate et optiorū

virorum sollertia adeo disciplinarum studia pro-
fecerunt ut invidiam criminis merito nunc sustinere
cogamur si gesta sanctorum virorum que quidem ad nostram
potuerint pervenire noticiam posteriorum scientie
deperire sinamus. Neque vero audiendi sunt qui tantum
etati preterite tribuunt ut nunc quoque fieri que digna
litteris estimentur absolute preiudicio negent
cum divina providentia singulis mundi temporibus
ita semper que humano generi pro modo et ratione
congruant et ordinet: ut neque nos priscorum
hominum felicitatem desiderare conveniat neque illos
nostrorum temporum statum si qualis nunc agitur prescire
potuissent dampnaturos fuisse credibile fit.
Quippe nunc quoque sunt in ecclesia multi virtute
vite clarissimi et ad merita declaranda sanctorum in
sacratis ecclesiarum domibus stupenda sepe numero
miracula fiunt que propterea pauci aut prope nulli
mirantur quoniam sui frequentia duris iam hominum
cordibus viluerunt. Quoniam itaque me sancte et amantissime
pater marquarde novo operi manum
imponere compellitis ut actus sancti confessoris christi
goaris qui actenus vili admodum solo et sermone
multorum auditus offendente constiterunt. ~~ac~~
accurate tuis debeam explanare additis ex novo
miraculo que apud eius memoriam a pluribus gesta
fideliter referuntur breviter eis quos hec fortasse

mea scripta mouere potuerunt satisfacio me neque
presumptiue corrigendi eius operis cui maiorum stu-
dia cesserint auctoritatem assumere neque arrogantiam
noue credende scripture litterariam operam adhibere:
sed ut simpliciter obedientie debitum seruare quod in
principio posui perpendere quod opera dei secundum
scripturam gloriosum sit enarrare: et sanctorum gesta
etati pro nos hominum profutura mandare. Quippe
ego in hoc opere suscipiendo tum sancti viri meritis
plurimum confido: tum vero imperio cui totum quod
possim debeo non leuiter moueor. Neque rumus-
culos ut preiudicia quorum libet mihi fore magni-
pendenda existimo: habituro apud beniuolos.
si res bene cesserit absolutum ueritatis et
fidei testimonium

Incipit libellus de vita et actibus sancti goaldi
cuius festiuitas celebratur. ii. nonas. iulii.

Gar igitur aquitanie prouin-
cie que est totius prope modum
gallie pars tercia indigena
fuit: genere a maioribus clarus:
patre georgio matre uero valeria. Fuit autem
diebus hildebrandi francorum regis qui ortus est ex

ꝓsapia regis famosissimi ludouici: quē
primū cū exercitu suo ad xp̄ianam veritatē
beatꝰ remigius episcopꝰ remoꝝ p̄dicando cōu-
tit: mansitq; usq; ad sigibertū regem: qui urbē
mediomatricū regni sedem habuit: omni vita
ꝓbꝰ et nobilis · actu insignis · vultu dignis-
simꝰ. aspectuq; iocundiꝰ · mente humilis · corpe
castꝰ fide integ' · ope ꝯspicuꝰ Qui ab in eūte
etate religiosis ~~p̄scoꝝ~~ piisq; actibꝰ vite optīe deditꝰ
breui meū culmē sanctitatis euasit: ut et
mirabiliū opm̄ patrator et secretorū celestiū
ꝯgnitē fiet Et cū in eo cotidie amor et
desideriū patrie celestis excresceret et bonoꝝ
fructꝰ operū subinde exuberaret · cepit eiꝰ
vita etiā aliis ~~ad salutē~~ exemplū ad salutē
existere ut multi eiꝰ non solū predicatione
sꝫ exemplo quoq; ꝯmoniti ad meliorē vitā et
correctiores actꝰ a p̄uitate cōuterent · et q̄
diabulo p̄ius seruierant: inciperent xp̄o pꝰ-
modū militare Et quī nō potest ciuitas absco-
di sup̄posita montē sc̄i viri eo fama ac vita
ꝓfecit: ut sacerdotii gradu et honore p̄sbi-
teratꝰ accepto · dispensator misterioꝝ xp̄i ꝛ
dn̄i vbi in ꝓplm̄ fieret erogator De hinc

cum in ampliore supernorum bonorum concupiscentia
mens eius excresceret et visibilia cuncta despi-
ciens invisibilium aspectus appetitum se omni ex-
trans parte funderet patriam parentes que deseruit et in
ultimos gallie fines peregrinus seculo et celestis
patrie civis excessit. Veniens ergo in provinciam
que ripis reni fluminis contigua trichoria nuncupatur
atque ad diocesim pertinet trenirorum infra terminos
Casalienses ibi libere servire deo delegit. Ibi
in quodam loco super rivulum qui nunc Gochara
descendisset / paulo pꝰ de equo cecidit ⁊ effracto cru-
re / que sponte noluerat ad ecclesiā portatur inuri-
ta ⁊ sanitatē quā suo ꝑdiderat / merito beati viri

De imperatore carolo ob dissimulaci-
onem periclitato recepit.

Neq; dissimilis meritoꝝ eius potencia in pu-
niendis monendisq; etiā regibus extitit /
Nam carolus excellentissime mēorie imperator au-
gustus / a palacio suo qd̄ in p̄ripiis reni fluuis / ab ipo
ꝯstructū engilinheim dicitur / quodā tpe nauigabat

in castellū qd' situ est sup̄ ꝯfluente moselle et
reni descende/ ibiq; disponens nocte mane/ sequē-
tibꝰ eū in singulis nauibꝰ filijs carolo atq; pip-
pino/ Cumq; ad monasteriū sancti ꝯfessoris imperator
nauigio venisset · obuiꝰ illi factꝰ abba assuerꝰ ro-
gat ut ad btm̄ goarē exire et in cella eiꝰ caritā-
tem ut uerbo uisitato loquar facere debeat/ Negat
suā p̄nciā imperator/ ⁊ pꝰ se ꝯuersꝰ manu ꝯgno-
mini filio annuit · ut nauī ad ecclesiam oratu-
rꝰ egrediatur/ ipe ꝓposito tendit itinere Egres-
so ad terram augusti filio/ alt' eiꝰ filiꝰ pippinꝰ
qui pꝰ fr̄ez naui ueniebat/ putans p̄ris esse na-
uī quā litori uidet appulsam/ egressꝰ et ipse
est fratriq; nesciens in ecclesia sociatꝰ/ ibi qd' int'
eos grues aliquandiu simultates ⁊ inimicicie
fuerant/ inspirante sup̄na clemencia/ ⁊ opitu-
lante ꝯfessoris sanctissimi merito/ in fratrnā ꝯcor-
diam/ ⁊ fedꝰ amicicie coierunt/ Cibo deinde
potuq; sumpto/ alacres ⁊ leti ad locū sup̄ noīa-
tū/ quē cū p̄re petere cepeant omibꝰ suis incolu-
mibꝰ ꝑuenerunt Imperator uero qui filijs egres-
sis solꝰ cū suis in naui remāserat/ cū ad p̄dic-
tū locū tendere uellet coorta repente densissiā
nube et nebulis tenebrosissīs subsecutis/ ita
in flūe deerrauit ut neq; ipse neq; comitū
quispiā/ sed neq; nauis gubernator q° ten-

derent quo ne naui agerent ullatenus scire uel
videre valerent. Sic per reliquum quod superat diei impe-
lago fatigati uix post quam sua culpa imperator agnos-
cere et beato Goari supplicare cepit, multa iam die
et ingruente nocte incontinente egressi sunt tribus
tamen. aut paulo amplius a loco in quem proposuerunt
egredi militibus ubi et ea manere nocte non sine re-
rum necessaria inopia compulsus est imperator. Facto quoque die pup-
plice testatus est sui esse peccati et meriti, quod pe-
riclitatus in flumine, quod a comoditate itineris et apa-
ratu regie mansionis sit longissime disparatus
non frustra sibi hec accidisse: Sed beatum Goarem
penas pro contemptu meritas repetisse seque supplicia
expendisse merentem. uouere se et firmissime polli-
ceri numquam locum uiri sanctissimi ulla quamuis magna
itineris festinantia, si ad eum in uicino ueniat de-
clinaturum, quem tali incommodo sit expertus posse
de hiis qui se neggligendum putauerint expetere
quam uoluerit ultionem. Hiis uotis ad cellam uiginti
libras argenti et pallea oloserica duo misit, nec
deinceps omni uita sua quod uouerat ei aliqua ex
causa negglexit. Denique hiis qui tunc regie
nauis gubernator fuit, nunc usque super est, reique
geste indubitabile testimonium perhibet. Nec immeri-
to regum illi fides et deuotio subiacet, quia per Christo

non solū magnos ⁊ appetibiles ꝫ oīs penitꝰ mū=
di honores ⁊ caducas dignitates ꝯtempsit / ⁊ cū pos=
set eps fieri noluit / potiꝰ in hūili statu p̄manere
delegit quā honoꝝ fascibꝰ p̄gr̄uari / quāquā in xp̄i=
anis p̄ncipibꝰ hꝰ circa ꝯuos dei affectio sit tam / spō=
tanea ⁊ deuota quā se nouerūt tanto magis deo
gr̄ciores fore quāto q̄ ad tēpꝰ eleuari p̄ tumore
maiestatis regie poteant elegūt ꝯuis xp̄i hu=
mili se mente submittē

Eiusdem p̄ncipis ꝯiux fastrada cū uehemē=
tissimo dentiū dolore torq̄retur / ⁊ ad locū
ob remediū eiꝰ doloris oratū uenisset ꝯtinuo
ut supplex facta est ingmodo caruit Ob quā
rem data est ab imperatore uilla q̄ nasonia
nūcupatur ⁊ in uiē loci attenꝰ r̄tinetur

Per idē tempꝰ accidit reni flūis aquam
in imo frigore ꝯgelascere / ita ut incessꝰ
quoq̄ quorūlibꝫ animaliū ⁊ uehiculoꝝ ferre
ualeret Erat quidē regie uille colōnꝰ quā
sup̄ uasaliā diximꝰ appellari / cuiꝰ uinea haut
p̄cul a monasterio / vineis bt̄i goaris cohēbat /
⁊ ut nō nūq̄ euenit Hac ille occasione sole=
bat int̄dū particulas aliquas earūdē p̄ripē
vinearū / ⁊ sue fraude hūani ingenij sociare:
Is cū die q̄dam sup̄ glaciē flūis ambulaēt.
⁊ ad eiꝰ mediū ꝓpe uenisset ~~[illegible]~~ r̄pente in

multiplices ptes p latissimi flumis spacium glacies
est resoluta atq ille glaciei fracte sup incubens
secundum flumen ferri tremens et anxius cepit Erat
res summi periculi et desperacionis extreme. Hominem
in flumis rapidissimi atq latissimi fragmento glaci-
ei tenuissime ferri. nec esse remedii quicquam quoniam
illi quemadmodum humano auxilio subuenire posset.
erat omnino nichil Tunc ille cui euadendi periculum
nec spes ulla nec aliquod consilium superesset diuine
solummodo mente supplicare et beati goaris merita in
sui liberacione exposcere magnis quoque uocibus ue-
niam et auxilium flagitare Ad ultimum cum salute
penitus desperasset. eductam manicam de manu pro-
iecit respiciens quoque basilicam uineam suam sancti viri domino
tradidit Nec mora acta virtute diuina glacies
instar nauicule ad litus euexit hominem et in co-
lonie in continente exposuit qui mox vineam
de qua supra diximus ecclesie mancipauit in cuius nunc
etiam iure perseuerat Sic beati confessoris meritum
hominem et pro culpa quemadmodum oportuit casti-
gauit et auxilium de periculo mirabiliter eripuit

Isnardus fisci regii procurator cum iniquo
multa contra familiam beati goaris ageret
visitatus ab illo per somnium est et post increpaci-
onem seuerissime cesus ita ut die postero gres-
su non ualens incedere naui ad ecclesiam

ducetur. ubi aliquamdiu decubans integram sa-
nitatem excepto genitalium pondere meruit que
etiam infirmitas indubitanter causa salutis illi
relicta cognoscitur. Hec inter alia que compendii
causa suppressi, temporibus assueri abbatis divi-
na in loco virtute et confessoris beati merito provene-
runt. Diebus vero tanchradi qui assuero feliciter
ex hac vita subtracto virginine monasterii
prumia simul que celle sancti goaris successit. Hec que
superna misericordia tribuente subicere cupio conti-
gerunt, que et illi quibus referentibus horum noti-
ciam attigi maxima ex parte coram positi aspexerunt.

Accidit aliquando ex pluviarum copia subito
rivulum quem Gohcaram nominari in libel-
lo priori diximus, adeo exundasse, ut in magna-
nam molem exurgens obvia queque non sine pe-
riculo et dampno multorum ~~eripuit~~ eruerit. Quippe
cum exundare primo cepisset, in certum quo ob-
staculo a cursu suo prohibitus descendentibus
ex concavitate montium aquis, in tantum excrevit,
ut ad ultimum ruptis obicibus profluens etiam
grandes et firmissimas domos a fundamentis
eruitas, in renum vi sua deiecerit. Quo in tempore
res miraculo digna provenit. Nam in quadam
earum que erute sunt domorum curricula de qua
signa penderent stabat extructa que nunc usque

tecto ecclesie sup posita manet / q cu multo infirmi-
oris esset structure / quā domus ipa in q paraba-
r aquis sup uenientibus ad mediū ferme cursus
impetū obuia esset / facta / penitus tamē inlesa du-
rauit / quodq maioris miraculi fuit domus in q
stabat / integris cōpactis q int se parietibus eru-
ta neq secū illā trahere potuit r qua eā sui
apturā r solutione transierit nullus hoīm dein-
ceps scire uel deprehendere ualuit / Denique pus
quā agmē illud aquarū pterijt / in ymo eius
due turricule / cū oleo āpulle repte sunt q̄s q
hoīm posuerit uel unde prouise sint nūc usq

Mulier quedā de natione scottorū inescat
nomine brigida debilis gressu apparen-
tibus suis r ciuibus ab urbe redeuntibus egra
ibi relicta est Et cū aliquantulū ibi temporis trans-
egisset sub die sollepnitatis āmne astante ple-
bis multitudine sanata est r erecta De ancilla
cuiusdā hadelboldi bis sanata

Item hadelboldi cuiusdā noti hoīs ancilla
que r ceca esset r muta ad memoriam
venerandā populo teste sanata est Sed cū
hijs agnitis dns qui infirmā miserat ad suū
seruitiū iā incolumen reuocasset / mox in illā
prior debilitas redijt Coactus itaq euidēti

miraculo eius: dns manu missa ad locum reuerti fe=
cit/ nec multo post sanitas que collata ante fuerat
sed temeritate hominis prepedita: correctio dno ancille
est restituta/ que et reliquum vite sue in eodem loco
peregit Denique adhuc ibi soror eius degit et cer=
tissima rei geste testis assistit Item de mulie
ceca et sanata

Per idem tempus et alia mulier ceca sub abbatis
tancradi presencia visum recepit/ plures quoque ibi postea
vixit annos De puero ceco et muto et sanato

Quodam item tempore presente eodem abbate cum populo
quedam ex ancillis monasterii filium paruulum
qui ab ortu cecus manebat et mutus ad ecclesiam
deportauit Quam ut puer est ingressus conti=
nuo cum matre loqui et basilice picturas ei digito
cepit ostendere Mirata rem mater sed propter repentinum
euentum insperati miraculi non est ausa publi=
ce quod viderat confiteri Que mox ut est do=
mum regressa cum paruulo confestim illum debilitas
pristina rediit/ ut palam fieret non debuisse matrem
quod diuino ibi beneficio collatum esset silencio pre=
mere Itaque causam illam pertractans culpam quoque
intelligens arreptum festine filium ad ecclesiam
retulit et rem omnem ut se haberet abbati et populo
patefecit/ nec dilatum est diu beneficium cui ad ho=
ram fuerat impedimento timiditas matris/ sed ut
illa finem narrandi fecit in colomitate ilico pu=

ex obtinuit

Ex urbe mogontiaco ad festiuitatem beati goa
ris mulier clauda posita coram tancrado uenit. abbe
et cum in vigiliarum die vespertini psalmi a clero con
plerentur sanata est

Sed ut ea nunc quoque commemorem quibus palam
fiat qui beati viri meritum et reuerentiam
contempnere aliquatenus presumpserunt. Quemadmodum uel
emendati sint uel puniti quodam tempore cum per renum
flumen quidam figuli ollas pretio distrahendas in
nauicula uehent accidit vna cum illis feminam
quandam fidelem cum paruulo filio aduerso flumine na
uigare. Cumque ad monasterium uentum esset. ro
gat mulier comites uti aut omnes oratum in ec
clesiam pergant aut si id noluit appulla littori
nauicula se incontinentem exponant paululumque
in loco certo sustineant donec possit ipsa ab ora
tione reuerti. Egressa itaque sola pergit oratum
relicto in naui cum comitibus filio ad modum paruulo
Illi deducta in superiorem locum naui cum eam aliquandiu susti
nuissent. moras eius non ferentes abducta naui
iter propositum persequuntur. Sed ultio diuina mox
consecuta est: quam manifestum fieret non debuisse
illos uel abeunte illa oportunitatem orandi neg
ligere uel fidem sustinendi moras eius presertim
breues contempnere. Nam cum aduerso flumine nauim

agentes contra eum locum venissent ubi ex latentium
sub aqua saxorum voragine et undarum collisione
rapidissima / gravia sepe navigantes discrimina paci-
untur · quod locus in flumine ad ecclesiam beati Goaris passibus
fere centum aut paulo longius abest / rapta submersaque
navicula perierunt / Sed inutilis esse non potuit
devote mulieris oratio / cuius et si comites aqua submer-
sit · filium tamen divina virtute salvatum / et merito
sancti protectum / nequaquam perdere valuit Quippe
illa ut ab oratione rediens ollas super aquam ferri conspex-
it / intellexit quod erat socios navimque perisse / sol-
liataque pro filio quem una perditum suspicabatur ocu-
los cum fletu maximo hac illacque circumtulit sed
repente videt undarum dorso sublatum parvulum
ripe fluminis propinquare Tantaque fuit miraculi
claritas ut infantem mater excipiens invenerit eum
a medio corpusculi aque super extantem littora at-
tigisse / quod ne virorum quidem ullus aliquando natandi
pericia et viribus corporis potuit obtinere

In dissimili causa non dissimile miraculum
sub eodem tempore extitit quod propter similitudinem
rei geste precedenti subiunxi Mater cuiusdam
infantis fere quinquennis cum eo qui ipsum infantem
de sacro fonte susceperat navi circa ripas tracta
per fluvium ascendebat / puerumque equo superpositum
id enim ex matre et patrono puer iste pecierat

ipse.

iuxta in littore parens uterque fecerat ambulare. Cum
equus ut sine rectore liber navigantes preteriens,
sponte se in flumine dedit cum puero, nec revocari
ab aliquo potuit. Cumque saluti infantis omnes time-
rent quippe que in rapidissimum altissimumque flumen
ac latissimum equo que retinere nequiret ferri conspi-
cerent, et goaris suffragium magnis precibus postula-
rent, equus cum incolomi puero tranato flumine multe-
riore ripam exivit. Que res utique magno miracu-
lo provenit ut et equus sine rectore tantum flumen lo-
co presertim propter saxa difficilissimo et periculoso transi-
ret et infans qui in arido quidem equo sedere nosset
sine periculo ullo evaderet. De willigeldo quodam
demoni tradito.

Sed ut propositum persequar willigeldus quidam
qui nunc usque super est cum vineam a matre
datam de iure et possessione ecclesie sancti goaris sub-
traxisset seuo demoni est mancipatus. Diuque
vexatus ab eo vineam reddidit et curari continuo me-
ruit, ut hoc exemplo ceteri monerentur, voto pa-
rentum res iuri ecclesie mancipatas subtrahi ab
heredibus filiis non oportere.

Volvo quidam ab ineunte etate ibi a matre
nutritus cum postea presbiter esset: decimas que
ex multo iam tempore ecclesie beati goaris agrorum
nec magna subsequente mora cecus et mutus

iure competerent suis usibus dolo malo conduxit.

effectus ad basilicam viri sanctissimi a suis perducitur ibi
res patrimonii sui cum restitutis decimis tradidit
et sanitatem placato eo quem offenderat meruit

Negociator quidam badoart dictus cum renum navi
ascenderet unus servorum qui illum forte offen-
derat supplicium metuens de navi prosiliit et concitus
ad ecclesiam fugit Tunc ille fugitivum secutus ab
ecclesia trahere cepit prohibente fieri et nomine
beati goaris rogante sit et comminante mona-
chi herirado qui prius forte residebat quolibet ipsa
referente cognovi Sed negociator furore succensus
cum monachum rogantem eque minantemque contempne-
ret pro foribus ecclesie ad contemptus augmentum
tractum ab altari servum cecidit Nec multum spacii
intercessit et ut cuius arbitrio pariusset quem ne
contempsisset agnosceret in mundo spiritu traditus brevi
vitam nimiis cruciatibus extortam finivit

Item humfridi cuiusdam clerici ecclesie servus
cum pro culpa in dominum commissa a tergo vinctus
brachia traheretur et supplicia que sibi inferenda
sciret animo perhorresceret quoniam aliter domini
presenciam supter fugere non valebat ecclesiam res-
pexit et ad eam prece tacitus inclinavit Res dig-
nis miraculo confestim vincula quibus ligatus duceba-
tur dicto citius laxata sunt et soluta Exutus
quoque vinculis servus ad ecclesiam sese proripuit

se cum

nec repetitus a dño offensam supplicium quam vitauit
Tantum apud omnipotentem deum supplicatio tacite viro
sancto fusa qualuit / nec passus est xpus eum ma-
nere ligatum qui necessitate et animo ad sancti altaris
auxilium confugisset ut huic quoque daret intelligi
quantum intercessio illius ad animarum soluenda vincula
prevalet cuius inuocatio tanta facilitate ligamen-
ta corporis dissoluisset De abbate maximino ob dis-
simulationem periclitato sed saluato

Quodam tempore abbato tanchrado in cella posi-
to maximinus monasterii sancti gereo-
nis quod apud urbem agrippinam que nunc colo-
nia dicitur situm est abba a prouincia uangionum
ex vindemiis cum onusta vino naui et non paucis
comitibus descendebat Et cum sancti goaris mo-
nasterio propinquasset suadetur a sociis uti ap-
pulsa in continente naui oratum ad sanctum goarem
ascendebat Ille moras sibi non necessarias
hac in re fieri dicere fore oportunione ~~temp~~
tempore alio orandi occasionem sic de hortatis
comitibus propositum tunc persequitur sed non impune il-
lum ultio diuina transire permisit Quippe ut in
conspectum celle nauis acta peruenit repente exiuxi-
ma sui parte demersa lapsisque in aquam que ges-
tauerat nasis pentis iactuere et periculi meritum
~~cunctis~~ cunctis incussit Clamare omnes

et auxilium lacrimabiliter implorare · culpam ab=
ba confiteri et goaris meritum exorare Nec abba
tanctradus ex loco superiori conspiciens et quanto in
periculo versarentur cuncti considerans · suos euesti=
gio mittit mandat subsidium laborantibus ferri
Deducuntur continuo naues · et subsidium modis
quibus erat possibile ministratur Ita cum abbatis
auxilio et sudore multorum tum maxime beati goa=
ris per opitulatione recuperata naui vasque recep=
tis et opibus incolumis ad litus abba progreditur
Egressus nauim oratum festinat per suasum siue per hen=
nitus affirmans ne locum tanti viri meritis insig=
nem: facile utique sine supplicationis munere
transeundum existimet

Consimili prope euentu cum quidam ex fre=
sonum gente negotiator nauim circa ripam
ulteriorem ageret neque littori in quo monaste=
rium situm est propinquare disponeret ubi ad sco=
pulos illos de quibus supra diximus nauis acta
peruenit subito rapta et in gurgite undarum
violentia tracta presenti cunctos discrimine
perculit Sed cum dominus nauis goaris sepe no=
men et meritum iterans subsidium expetisset in
portum continuo nauis illesa deuehitur Ille ut
continentem attigit oratum perrexit: ac pro salutis
munere vestem dosericam venerande memorie tribuit

Que etiam vestis postea ab eo qui hec mihi retulit
teodrado clerico ad prupinam monasterium est
Rem illaturus sum precedentibus delata
quidem non omnino dissilem: sed que miraculi aliquid
proprium amplius habeat. et cuius tot sunt pene fide=
lissimi tectes quot loci ipsius habitatores tempore quo
gesta est esse potuerint. Negociator ex supradicta
fresonum gente navim per renum flumen agebat:
et ut moris est quia adverso flumine navigabat fu=
ne a suis navim circa litus trahendam curaverat
Cumque iam celle vicinia attigisset: monet a suis
aliisque in fluminis principio consistentibus uti ad oran=
dum navim egredi debeat. Ille sibi eius tunc ri=
copiam non esse dicere impediri mora propositum
cursum nec se posse nisi continuato navigio quietis
congruum locum attingere. Ita animo fixo navim agit
et ipse in ea clavum regens cum uno suorum residet
reliqui fune navim per littora trahunt. Erat
inter eos unus qui cunctos antecedens extrema
funis dorso et ventri circumvoluta teneret. Ventum
erat ad fluminis illam de qua in superioribus egitur
rapiditatem horribilem: cum repente navim unde
violentissime rapiunt nec gubernatore ullo presi=
dio valente resistere longissime a littore subtrahunt

Ea rapta cum vim ferre non posset funem qui per
ripas trahebant uncti relinquunt sed is qui cunctos
precesserat tam cito explicare se fune non ualens
nauem secutus in gurgitem trahitur. Neque id dominus
nauis qui in puppi residens laborabat animad-
uertere potuit. Reliqui qui a fune refugerant
magnis uocibus naui et socio qui sub aqua tra-
hebatur opem diuinam et beati goaris merita
succurrere postulabant. Tantaque tunc aque uis et
undarum uorago fuit ut non ante nauis in-
cursum dirigi posset quam longissime pulsa in
ulteriorem ripam non sine magno pluriorum metu
atque horrore exportaretur. Negociator uero
ut terram attigit funem qui naui coherens per
aquam fuerat tractus a seruo colligi mandat.
Quo collecto in extrema eius parte seruus sicut
implicitus fuerat inuenitur. Qui diligentissime
contrectatus et modis uariis per temptatus non ali-
ud potuit deprehendi quam mortuus. Denique
adhibito plurimo stramine et igne circum circa
succenso nichil caloris penitus persentire uel
aliquod uite iudicium potuit edere. Quid plu-
ra? Deuehitur rursus in citeriorem ripam
ac de sola sepultura eius dominus eius et comites

agunt Rogatur custos ecclie ut ad sepeliendū
mortuū loci alicuius copiā faciat Eo obtento dū
ad sepulturā ~~eius~~ aperiunt interim cadauer ut uere
putabatur ex anime in custodis ad horā mansio
ne deponitur Cū non pꝰ longū tpis intuallū
incipit recalescere ⁊ paulatim os aperire ac spm
ducere De hinc totū se eleuās parū sanguinis
ore recepit ⁊ ꝯfestim surrexit incolumis ita
ut oratione facta ⁊ gratiarū actione ab omibꝰ
reddita adducendā sicut prius nauī cū socius
festinauerit · Ea negotiator ut uidit emen
datū se ⁊ p culpa castigatū magnopere · gratu
lans argenti librā altari sacro psoluit · ⁊ cep
to de hinc itinere suis omibꝰ incolomibꝰ abiit
viderint qd de re huiusmodi ceteri sentiant
Ego confidentissime dixerim beati viri meri
ta tanto esse post obitū clariora quanto sollicitius
dū uiueret humanas laudes ⁊ iactentiā fuge
rit Neqꝫ in huiusmodi signis ⁊ miraculis ex
hibendis cuiqꝫ scōrꝫ apostolis et clarissimis
ecclesie martiribꝰ dūxtaxat exceptis illū infe
riorem uideri quippe quin diligendo deo et
pxim non facile quoqꝫ illorꝫ iudicetur infe
rior quiqꝫ tam et si in vita non multis q̄ hōes
nouerint miraculis claruit sed ea q̄ miraculis

omnibus potior est caritate clarissimus extitit: ideo
oque post obitum cottidie in iuuentum fide tot tantis
que virtutibus claret

Preterea herirardus monachus qui ut
sepe dictum est horum miraculorum certissimus
relator extitit et verissimus bis se affirmat
nullo admonente extrinsecus ignem lampadem que
coram memoria veneranda dependet infuso divi
nitus lumine splendidisse Quod ipsum presenti anno quo
ista descripsimus et superiori contigisse qui inter
fuerunt affirmant sed id suo loco erit dicendum
Hactenus ea descripserim que abbate trancrado
in hac vita superstite facta inter alia referuntur
Nunc adiutore xpo ad clarissimi patris marcu
uardi tempora qui hoc ipsum mihi opus imposuit
seruato ut proposui ordine veniam

Et ut hec ipsa rerum gestarum ordine ali
quantulum post posito exordio clariori inci
piam excellentissime pietatis singularis que
clementie. Erga xpianam religionem omnium im
peratorum studiosissimus ludowicus qui adhuc
superna misericordia prouidente rerum summa poti
tur cum dolore pedum vehementissimo qua olim
infirmitate vir ille: et si non continue frequen
ter tamen affligitur laboraret atque ex palacio
suo quod in littore fluminis remisitum engelinheim

sup̄ dixim⁹ appellari euectione nauali descen
deret. oratū ad sanctū goarē exijt. vix in terrā
pedes p̄ dolore nimio ponē ualens ⁊ sustentan
tiū magis quā suis gressib⁹ nitens. Cūq; in ec
clesiam ꝑuenisset ante mēoriā venerandā hu
millime se ac deuote deposuit. ⁊ in terrā stratus
diuicius ꝑorauit. Vbi uero surrexit ad abbatem
⁊ clarissimū virū gerungū olim palatii edile
nunc monachū ꝯuersus. deo inq̄ grās nūc
meritis sancti goaris leuamē fr̄ in datū ꝑsencio
neq; eo iam cū quo huc ueni dolore laboro
Sic a mēoria regressus letus ⁊ alacr̄ diem totū
duxit. Hec ipso abbate qui corā affuit refe
rente ꝯgnoui quāq̄ nec ego ipē multū affu
erim. qui p̄die eius diei imperatorē p̄dicto do
lore grauissime laborantē in palatio viderim
De mulier q̄dam scotice nationis ibi sanata
Sed huic rei geste tempe paulo supio
rem subiciam mulierē scotice nationis
ciues ab vrbe redeuntes egrā ⁊ gressu debi
lem ibi reliq̄rūt. Ea p⁹ quā sex in loco mē
ses egit sub die sollēpnitatis āmie q̄ agitur.
p̄die nonas iulij int̄ uespertinos psalmos gres
sus sanitatem recepit. De infante demoniaco
apud memoriā sancti goaris ꝑmissa a pa
tre api curato ||

Superiori anno postea que de imperatore
retulimus accidit · ut quidam ex rusticis filium
parvulum demone plenum ad ecclesiam cum
fletu et supplicatione deferret Quem cum ante me
moriam eiulans multis presentibus exposuisset
sancte goar inquit redde mihi nunc filium meum et pul
so qui eum vexat demone sana ego tibi pro munere
apim unam: sic enim vocare rustici examen apum
consueverunt Huc protinus afferam Non in anis
fuit simplex hec hominis rustici postulatio sed continu
o sanatum integerrime parvulum letus et gaudens
pater domum revexit Denique examen apum quod
ut pollicitus fuerat obtulit Hodieque in ortis ec
clesie permanet Hec cum sepedicto teodorado cum
hecheboldo ipsius loci preposito viro sane docto atque
veraci narrante cognovi De lumine bis in
lampade succenso divinitus

Et ut illud inferam quod supra levitur tetigi an
no preterito in die sanctissimo pasche cum
prepositus echeboldus sub ipso lucis exortu mis
sas agere vellet · itemque hoc eodem anno quo
ista conscripsimus cum idem in quadragesima missas ageret
et lumine ecclesie deesse quereretur custos quoque de
posita lampade ac sine igne reperta pro eo defe
rendo festinaret subito cernentibus multis spon
te in lampade lumine accensum enituit Quod

ibi crebro factum plures viri fideles qui inter fuere
testantur. De infante claudo et muto et surdo. Item
de puella ceca ibi sanatis

Sed ut hec miracula rerum nuperime gestarum ca-
narracione de presenti concludam sub idem
tempus quo hijs describendis manum imposui nec
dum libello edito. cum ad annuam beate depositionis
sollempnitatem magna undecumque ita uti solet ho-
minum multitudo confluret. nota ex vicino mulier
aduenit cum filio fere septenni qui ab ortu ipso
claudus mutus surdusque permanens infelici genitrici
nouos cottidie luctus et dolores afferret. Hunc
mater fide deuota cum inter nocturnas vigilias
coram sepulcro uenerabili exposuisset. circa finem
psalmorum matutinorum cum canticum euangelij cle-
rus ecclesie caneret infantulus lento ad insu-
repente surrexit ac pedibus quos usque ad id
temporis numquam terre fixerat astans matrem clamore
itterato uocauit. Fleus pre gaudio continuo mater
accurrit et filium quem tot pressum incommodis
deposuerat ambulantem simul et loquentem
audientemque recepit. Neque fuit xpo difficile
pro sui merito confessoris uno eodemque tempore
et possibilitatem loquendi puero et scienciam quam
maiores audiendo numquam perceperat dare cum sit
ipse sapiencia dei que aperit ora mutorum

et linguas infantium disertas facit. Tunc vero omnium
qui aderant mentes tanti replet stupor miraculi
tota in laude xpi conclamat ecclesia et unius infantuli
salus mirabilis multorum ad fidem corda succendit.
Eodemque die cum missarum sollempnia populus spec-
taret et divina a sacerdote misteria agerentur
puella eadem prope qua predictus infans etate diu ceca
que tunc a parentibus fideliter fuisset illata amissum
lumen recepit. Ita gemino miraculo sub uno die
et sancti viri meritum palam cunctis emituit et presentium
fides xpi clementia quam non desit invocantibus
ubique presens agnovit. Hec de miraculis beati
goaris merito ostensis atque exhibitis pauca brevi
et aperto quantum potui sermone digessi narraci-
onem ad annum octingentesimum tricesimum nonum incar-
nationis dominice perducens. eaque tantum ut in libel-
li huius principio adnotavi scripture mandans que
relatu virorum fidelium didici. queque non eis modo
qui retulere sed omnibus pene locum illum frequen-
tantibus haberi notissima comperi. quamquam non omnia
que ab eis ipsis quorum fidei specialiter credendum
putavi relata sunt scripserim alioquin aut mo-
dum suscepti operis excessissem aut auditoribus
longior iusto prolixior que fuissem. Neque hoc opere
facultatem aliis de hiis scribendi preripui sed et
hec ipsa que utcumque videntur a me esse proposita

poterunt qui uolunt p ratione dignius ~~dignus~~
explanare / et que in similibus miraculis forte p-
uenient exemplo a nobis pat amplissime mar-
cunardie et a me sumpto ~~desp~~ describe. Quippe
si diuina opera nobis glorificanda dignissime ppo-
nuntur / oportet ut non cessante uirtutis diuine be-
neficio: etiam scribendi non cesset intencio / et
donec qui explere possent existunt lrīs digna
amiracione tradantur. Quare etiam uacantes
pergamenas huic libello subicere placuit. ut edito
opere pnti futuris pq hoc temporibus que inserē-
da prudens aliquis estimauerit oportune
posset inserere ~~[illegible]~~

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Passio sci pantaleonis.

Tempore illo in ciuitate nikomedya sub
maximiano imperatore multi xpiani per-
secutionem paciebantur: propter et fidem dni
nri ihu xpi. Multi in montibus se absconde-
bant et in speluncis. et multis penis vitam suam consu-
mebat. alii vero in ciuitatibus absconse morabantur. Senator
quidam nomine eustorgius morabatur in eadem ciuitate. habens
filium nomine pantaleonem: eruditum liberalibus litteris. Quem
tradidit archimedico nomine eufrosino: qui omne pallacium
habebat susceptum. Acceptumque discipulum pantaleonem omni
arte disciplinae erudiebat: et frequenter eum ad pallacium
secum ducebat. Cumque omnes qui fuerant in pallacio eum
vidissent. dicebant ad magistrum. Cuius est filius iste
infans? Per salutem deorum. quia magnum et speci-
osum discipulum habes. Fuit enim speciosus valde.
quo nullus poterat esse pulchrior. Et ait eufrosinus
magister eius. Filius ~~[illegible]~~ eustorgii senatoris.
Cuius mater defuncta est. et dedit eum michi pater eius ut
artem eum doceam medicinae. Et ait imperator: omnes qui
cum eo erant. Per salutem deorum. quia dignus est iste
in pallacio obseruari. Commendauit autem imperator magistro
suo. ut omnem ipsum erudiret arte medicine. volens eum
in pallacio habere post magistri doctrinam. Fuit quidam presbiter
nomine ermolaus absconsus in domo cum aliis cristianis
et transiebat pantaleon per domum ipsius. Cumque videret ab eodem
quod de eo omnis disciplina ~~[illegible]~~ et prudencia transiret.
spiritu sancto reuelante intellexit quod esset vas electionis fu-
turus. Quadam vero die cum ingrederetur pantaleon

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

ad eū. dicit pbr̄. Gaudeas fili omni decore ornate. Ille
respondit. Et tu pr̄ sanctissime omni honore digne. Et tenens
eius manū presbiter fecit eū sedere. et dixit illi.
Fili quis estis uel quid agis. Pantaleon respō
dit. Filius sum eustorgii senatoris. Mater mea eu
bola dicta. multo iā tempore xpiana defuncta est. pr̄
meus uero usq; nūc paganus est. Dicit ei presbiter.
Tu aūt fili quā legē sectaris. pr̄is aut matris. Pata
leon respondit. Dū adhuc viueret mater mea voluit me secū
habere. pater aūt meus in palatio me esse diligauit.
et cupiebat cū matre mea esse. Post cuius discessum. com
mendauit me pr̄ meus. ut arte docear mediciē. Dicit
ei presbiter ermolaus. Fili doceo te q̄ nec asclepius
neq; ypocras neq; galienus. neq; alie quos colit impe
rator. Sed ueni fili consenti verbis meis et crede i
cristū. p cuius inuocacionē languores hominū possis curare.
Ipse mortuos suscitauit. cecis visū restituit. languentes
sanauit. demonia eiecit. de aqua uinū fecit. et multa
mirabilia ostendit quotidie. quorū nō est mīs. Nūq;
derelinq̄ suos suos. sed liberat eos de tribulacione. Pan
taleon autē sicut arbor fructifera capiens fructū
ita suscepit verba presbiteri. et dixit ei. Ista verba oīa
q̄ narrasti michi sepius audiui a matre mea.
et vidi eā xpm orantem quem tu predicas. Ermola
us presbiter dixit. Si crederis in eū eris medicus dig
hominū. q̄ nūquā derelinquet sperantem in se. Ac

cipe ergo baptismum salutis. Quotidianis ergo diebus
frequentabat pantaleon presbiteri domum. et melius
confirmabatur in fide. Quadam enim die dimissus
a magistro suo. transiens uidit puerum obligatum
a serpente. et timore ductus tulit se in partem. et in-
cogitans dixit. Nunc uidebo si uera sunt que dicuntur ab ermo-
lao presbitero. Et respiciens in celum dixit. Domine ihesu
xpe si dignus sum seruus tuus esse. in tuo nomine crepet
hic serpens et puer liberetur. Et statim crepuit ser-
pens. et puer liberatus est. Et uidens pantaleon.
gratias agebat domino dicens. Gratias tibi ago domine. quia me
dignatus es seruum tuum esse. Et currens cum gaudio mag-
no. procidit ad pedes ~~dni~~ presbiteri dicens. Obsecro te fa-
mule dei. da mihi sanctum baptismum. Credo enim quia non est alius
deus preter dominum nostrum ihesum xpm per quem mortui resurgunt.
Et retulit ei omnia que contigerant. quomodo per inuocationem
xpi puer sanatus est. et serpens crepuit. Et dixit
ei presbiter. Veni fili. ostende mihi ruinam serpentis.
Et pergentes simul. ostendit illi. Et uidens presbiter.
hoc miraculum. glorificabat deum dicens. Gratias ago tibi
domine ihesu xpe quomodo per gloriam uirtutis tue ostendisti mi-
rabilia tua pantaleon. Et reuersus baptizauit eum. fecit-
que cum eo septem dies. Octauo uero die reuersus est ad
patrem suum. et dicit ei pater eius. Fili. ubi fuisti tot
diebus. Pantaleon respondit. curauimus ego et ma-
gister meus. Et quia cognitus erat imperatori. obseruaui-
mus eum septem diebus usquequo reciperet sanita-

tem Qd' audiens pater eius tacuit. Alia die uenit
ad magistrum suum. et dicit ei magister eius. Pantale-
on ubi fuisti his diebus? Sanctus pantaleon respondit.
Pater meus agrum comparauit. et misit me ad in-
troductionem celebrandam. et fui ibi diebus septem
usquequo celebraretur omnis introductio. Hec autem omnia
de se ipso ~~loqueretur~~ dicebat. propter baptismi gratiam.
Hec audiens magister eius tacuit. Fuit autem
pantaleon plenus gratia xpi: et thezauros fidei pe-
nes se habens. cogitabat. quomodo patrem suum ad fidem
perducere veritatis. Quotidianis ergo diebus. loquebatur
patri suo in parabolis: de virtute xpi. et de ydolorum
vanitate dicens. Quare dii qui stant nunquam sedent.
sed semper stant: et qui sedent nunquam? Dicit ei stat.
pater eius. Fili per meam salutem. quia grauem
sermonem dixisti: non possum tibi respondere. Et
audiens pantaleon. gauisus est gaudio magno. deditque
gloriam deo. quia de uno sermone patrem suum ad
fidem xpi perduxit. Fuit ergo pater eius ~~dubius~~ ex illa
hora dubius: et iam non sacrificabat ydolis. Habebat
enim idola in domo sua. et voluit pantaleon confringere
ea: et dicebat intra se Non contristabo patrem meum:
sed prius credat in domino. et sic simul confringemus ea.

Fuit autem quidam cecus. qui omnem substanciam suam
medicis erogauerat. nec quidquam profecerat: sed
magis deterius habebat. Audiens autem de sancto pantale-
one. quod arte medicine eruditus esset. et multos curaret.

venit ad eum. et procidens ad pedes eius. dixit ei. Rogo
te pantaleon: ut adhibeas medicinam oculis meis. Omnes
enim medici qui in me operati sunt. nichil michi pro-
desse potuerunt. sed et ipsum lumen quod habebam: ab-
stulerunt a me: et omnem substanciam meam tulerunt
michi. Sanctus pantaleon dixit. Omnibus substanciam tuam
medicis erogasti. et nichil profecisti. michi quid daturus
es si te curauero. Cecus respondit. Remansit michi
modicum de substancia mea: hoc ipsum dabo tibi. Sanctus
pantaleon ~~respondit~~ dixit. Lucis domum dabit tibi dominus
ihesus cristus: et hoc quod mihi promittis. da pauperibus.
Dicit ei pater eius. Recede ab isto homine fili. Non enim
poteris esse ~~poteris~~ peritior aliis medicis. Sanctus pan-
taleon dixit. Medicinam quam dabo homini isti: nullus
medicorum scit. Magnus enim est magister meus.
Pater uero eius. putans quod de magistro suo diceret eufosi-
no: dicit ei. fili audi me: quia et ipse magister tuus adhibuit
ei curam. et non potuit eum curare. Sustine inquit
pater. et videbis gloriam dei per quam curabitur homo
iste. Et tetigit oculos eius in nomine domini nostri ihesu xpi.
qui illuminat tenebras. et sanat infirmos. et reuocat
errantes: et colligit omnes qui in tenebris sunt. et
dixit. Per virtutem tuam uide pater sancte: ut iste vide-
at omnibus diebus vite sue. Et statim aperti sunt oculi eius
et uisum recepit. Eadem hora credidit pater eius.
una cum illo qui illuminatus est: Et pergens
pantaleon. cum gaudio magno. retulit omnia que
facta sunt presbitero. Audiens uero ermolaus presbiter.

repletus gaudio. gratias egit deo: qui tale donum contu-
lit seruo suo pantaleon dicens Benedictus es domine
ihesu xpe: qui tantam gratiam prestitisti credentibus
in te. Et inquirens si in toto corde crederent:
baptizauit eos in nomine ~~domini nostri~~ patris et filii et
spiritus sancti. Tunc ille qui curatus est. regressus est in
domum suam. gaudio plenus gratias egit domino: pater vero
pantaleonis. ingressus domum. idola confregit: et proiecit in foueam.
et uidens pantaleon: quod proiecit in foueam. dedit
gloriam deo Post modicum vero temporis. defun-
ctus est eustorgius: et pantaleon accepta potestate
manumisit seruos suos dans eis pecuniam. et di-
misit eos Reliquum vero quod ei remansit. pauperibus
erogauit: et hiis qui in carceribus erant quos
maximianus imperator pro nomine domini ihesu xpi di-
uersis suppliciis macerabat. alimentum prebebat:
et eis medicinam veram diligencius exhibebat. Omnis
quoque ciuitas. spretis omnibus medicis ad solum
pantaleonem confugiebat: et auxiliabatur ei xpus.
Multam igitur inuidiam sustinuit pantaleon.
ab omnibus medicis. Quadam vero die collecti sunt
omnes medici in unum: et transiebat cecus ille qui
a pantaleone fuerat curatus. Quem cum uidissent:
dixerunt ad inuicem Nonne iste est cecus quem nos
non potuimus curare: Et quis eum curauit:

Et vocantes eum ad se: interrogabant dicentes. Quis te
curauit? Dicit eis qui fuerat cecus. Pantaleon fi-
lius eustorgii: ipse me curauit. Et medici dixerunt
eufrosino magistro eius. Non iste discipulus tuus est?
Eufrosinus respondit de se ipso hoc dicit. Et medici
dixerunt. Per salutem deorum quia magnus est. et mag-
num discipulum habes: ignorantibus eis. quia in
nomine xpi curauit eum. Ex illa vero die. multam
inuidiam expressus est a medicis: et querebant qualiter
eum pellerent de ciuitate: quia omnis ciuitas ad eum confluebat.
Post paucos vero dies inuenerunt pantaleonem.
unum cristianum curantem. Et exeuntes ad maxi-
mianum imperatorem: accusauerunt eum dicentes. Domine
imperator. pantaleonem inuisisti artem addiscere
medicine. volens eum in pallacio habere: ipse vero. hiis
qui diis iniuriam faciunt. medicinam prebet. atque
humanitatem exhibet. Si non eum de ciuitate perdide-
ris. multos a sacrificiis deorum separabit: et doctrinam
asclepii ~~separabit~~ adnichilabit. Tunc rogouerunt im-
paratorem: ut ille adduceret qui a sancto pantaleone
fuerat illuminatus. Qui cum adductus fuisset:
dixit ei imperator. Dic modo quis te curauit. Ille
respondit Pantaleon filius eustorgii senatoris.
~~Ille~~ Imperator dixit Quo curationis ordine: xpm
inquit inuocauit: et mihi lumen donauit. Et impera-
tor: erras ait homo. Per uirtutem deorum te

curauit: nō p̄ uirtutē ihū qui dicit xp̄us: Tūc ille. er-
rabam vtique ait: qn̄ adorabam demones. At ubi
~~q ait~~ deū cognoui: iam nō erraui. Imperator
dixit. Dic ueritatem exponēs tue curationis ordinem.
Ille respondit. Omēs medici quos uides circa te ēē:
multū in me operati sūt. et oēs substantiā mi tule-
rūt. nec q̄q̄ p̄fuerūt: sed ipm̄ modicū lumen
quod videbam. abstulerūt a me. Quis aūt ma-
ior est imperator. asclepius qui a multis inuocatus
est. et nichil potuit: aut cristus. qui a solo panta-
leone inuocatus ē et statim mi lumen dedit: Imperator
dixit. Bene tibi sit. et noli uana loqui. xp̄m nō-
minas Nam dij t' lumē dederūt. At ille: uana i-
quid tu imperator loqueris. xp̄s er nichil ā donauit. lumē
p̄ seruū suū pātaleonē. Dij uero tui qui nō ui-
dent: quomodo alijs lumē ꝯferre possent: Ad
hec uā imperator ira r̄pletus dixit Per salutē
deorū: quia putaui falsa ēē que dicta sūt a me-
dicis. Et iussit eū decollari dicens. Si uixerit
iste: multos seducet. Veniens igit' pātaleon.
pecuniā nō modicā dedit spiculatori: tulitq̄ cor-
pus eius recondens illud uixa patrem suū.

Post hec iussit imperator: p̄sentari sc̄m panta-
leonem. Cūq̄ duceretur: exultans hoc

modo psallebat dicens. Deus laudem meam ne ta-
cueris: quia os peccatoris. et os dolosi super me apertum est. Locu-
ti sunt adversum me lingua dolosa: et sermonibus odii circum-
dederunt me gratis Pro amore autem idolorum suorum
te rogabam. quia proposuerunt adversum me mala pro bonis.
et odium pro dilectione mea Adiuva me domine deus meus:
et libera me secundum misericordiam tuam. Induantur confusione
qui querunt mihi mala: servus autem tuus letabitur in te. Et
introductus est pantaleon ad imperatorem: habens
oculos suos et cor suum ad xpm. Et dicit illi impera-
tor. Pantaleon. nonne ego te comedavi magistro
tuo: ut cum omni diligentia artem disceres medicine. volens
te habere in palacio tuo meo? Sanctus pantaleon respondit. Et nunc sum in palacio tuo.
Dic inquit imperator: si verum est quod audivi de
te. Cui beatus pantaleon. quid est aut quod audisti de
me? Maximianus imperator dixit Quod audivi de te.
non credidi: potest enim mala fama et falsa esse. Audivi
enim quia xpm colis. et diis iniuriam facis: et eos
curas quos torqueo. insuper humanitatem eis impen-
dis. Pantaleon respondit. Dii qui celum et terram
non fecerunt pereant Video inquit imperator: quia verum
est quod audivi. Pantaleon repletus spiritu sancto dixit. Si
iubes. requiramus et videamus si dii tui celum fecerunt.
aut terram fundaverunt. aut cecos illuminaverunt. et credamus.
Si autem non horum fecerunt. quid iubes? Imperator
dixit. Xpc quem colis. potest ista facere? Pantaleon respondit.

Xpc quē nos cristiā colimus: nō solū hec oīa. sed etiam
maiora hijs multo mirabilia fecit. At imperator: quo
ait possumus credere: Pantaleon respondit. Iube vnum
paraliticū de platea adduci. et veniant sacerdotes
tui. et inuocent deos tuos. et ego deū meū. et per cuius in-
uocationē sanatus fuerit. ~~fuerit~~ in illū credamus.
Et iussit imperator adduci vnū paraliticū de platea: et
poni in medium. Dixit ergo imperator Pantaleoni. Prius
redde honorē dijs. Pantaleō respondit. Primū
sacerdotes tui faciant: et audiant. Si uero au-
diti nō fuerint: inuocabo dominū meū ihesum xpm. Im-
perator dixit. Bn̄ dixisti: ita fiat. Et accedentes sacer-
dotes ceperunt inuocare deos suos: alij asclepium.
alij iouē: quidā ypocratē nonnulli mercurium. ~~alij~~
~~mercurium~~ alij galienū: et ceteros suos deos inuocabant.
Fuit aut illis uana inuocatio. Dicens pantaleon
deridens eos dicebat. Dij uestri aut in itinere sunt:
aut forsitā dormiunt. et nō audiunt. Igitur ut
excitentur: maiori uoce pulsentur. At illi ut ceci
corde. clamabant uoce magna: sed nō erat qui audiret
eos. Videns autē maximianus. quia nichil proficerent
sacerdotes. ait. Faciat pantaleon inuocationem suā.
Tunc pantaleō aspiciens in celū dixit. Domine exaudi
~~audi~~ orationē meā: et clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuā a me in die tribulationis

mee. et ostende omnibus istis quia tu es deus solus. curans
omnes in te credentes. In nomine ihesu xpi: esto sanus
ab ista hora. Qui statim surrexit: et abiit in domum suam
gaudens. et dans gloriam deo. Multi ex illa die credi-
derunt in xpm. Et exclamantes medici cum sacer-
dotibus dixerunt Sacrificia deorum peribunt. si istum
non exterminaueris: et omnes incipient credere
in xpm Tu uero imperator. noli credere: quia is qui curatus
est. uirtute deorum sanatus est. Nos enim audiuimus
eum prius deos nominare. Pantaleon respondit. Si dii
uestri aliquid sentirent: uobis publice inuocantibus. subue-
nirent. Tunc imperator annuens consilio eorum dixit.
Consenti mihi: et sacrifica diis Videns enim quanti
mortui sunt: Pantaleon respondit Quos dicis
mortuos esse pro nomine xpi: illi uiuunt in secula. quoniam fi-
lium dei confessi sunt. Maximianus dixit. Audi me
et cessa nominare xpm: ut liberes iuuenilem etatem tuam.
Preparata sunt enim tibi. si permanseris in ea confessi-
one. diuersa tormenta. Pantaleon respondit. Que dicis
tormenta. celerius adhibe: quia non cessabo de hoc nomine usque
ad mortem Imperator dixit. Audisti ante hos dies:
quanta passus est quidam antiquus senex: Multa
inquit: sed non est victus Si uero senex pro nomine
xpi passus est: quanto magis puer. quam illata fuerint.
omnia debet sustinere: Antiquus secundum etatem michi
pater esse poterat: et ideo non filius facere quidquam

Et tenens manum paralitici: eleuauit eum dicens.

pater

a se. n' quod p̄rm̄ faciēte. Videns aut̄ ī̄pator quia ei
nō ꝯsensit: iussit eū in eculeū suspendi. et eius lateribus
lampades applicari. Cūq; p oīa mēbra torqueret: res-
piciens ī celū. dixit. Dn̄e ihū xp̄e quo in hora pte-
rita p īuocatiōē tui nōis exaudisti me: nūc cito
esto m̄ adiutor. et libera me. Et hec eo orante: appa-
ruit ei dn̄s in similitudīe ermolai presbiteri. et ait
ad eū. Pātaleon: noli timē Ego eīm tecū sū. ī oībus
que incipies pati. Statīq; eculeus cōminutus
est: et manus eorū q̄ eū torqbāt aruerūt: et
lampades extincte sūt. Videns aut̄ ī̄pator que
facta sūt: iussit eū depōi: et dixit ei. Quid malefi-
cij uel artis nosti pātaleon: ut eculeū cōminue-
res. et lāpades extīgueres: et manus spiculatorum
arefaceres? Pātaleō respondit. Maledicte: qui ꝑ
oīa sua uirtute facere potuit xp̄c est. Imp̄ator dixit.
Dū maiora tormenta tibi adhibuero. quid facturus
es? Pātaleō ꝯfidēs in dn̄o. si maiora inquit
tormenta m̄ adhibueris nō timebo: q̄ qui mō
fuit m̄ adiutorio. sp̄ in oībus aderit: et maiores
uirtutes m̄ prestabit dn̄s meus ihūs xp̄c. hec au-
diens ī̄pator iussit fieri sartaginē ferream. et
cōflari in ea plumbū: et scm̄ pātaleonē in ea mitti.
Cūq; uenisset scūs dei ad sartaginē: aspiciēs ad ce-
lū dixit Exaudi deus uocē meā q̄ clamaui ad te:

a timore inimici eripe animam meam. Protege me a conventu
malignantium a multitudine operantium iniquitatem: quia exa-
cuerunt ut gladium linguas suas adversum me. Et hec
eo orante apparuit ei dominus. Tenensque manum eius ascendit
in sartaginem bulientem: et statim ignis extinctus est et plumbum
refrigerat. Sanctus pantaleon psallebat domino dicens. Ego ad
dominum clamavi et dominus exaudivit me. Vespere et mane
et meridie annunciabo mirabilia tua: ~~quanto~~ quoniam exau-
disti me domine. Omnes vero circumstantes mirati sunt. ~~Quid~~
Iudex vero hiis qui astabant dixit. Quid est hoc quod
plumbum bulliens refrigerat: et ignis extinctus est? Que
tormenta alia possumus adhibere? Et circumstantes dixerunt.
Si iubes imperator: in profundum maris mittatur. Numquid
et mari potest imperare? Tunc iussit eum in mare proici.
Tunc ergo ministri eum tulerunt: et ad litus trahebant.
Imperator vero sequebatur: ut videret exitum rei. Dixerunt-
que in altum illum ligantes lapidem ad collum eius habentem
centum talenta ponderis: et iactaverunt eum in mare.
et abierunt. Tunc apparuit ei dominus in similitudine er-
molai presbiteri: statimque solutus est ille lapis. et pan-
taleon ~~fluit~~ sicut folium cepit natare super aquas.
Et tenens manum eius christus perduxit eum ad litus: et cepit
psallere dicens. Confitebor tibi domine in toto corde meo:
narrabo omnia mirabilia tua. Cumque venisset ad litus:
dicit ei imperator Pantaleon: iterum magice artes
tue prevaluerunt? Sanctus dei respondit. Non ego. sed
qui mecum est: quem tu non es dignus videre. O
imperator vide. quanta dominus meus fecit. Alligato ad

ad collum lapide. in medium mare iussisti me demergi:
statim mihi dominus affuit dicens. presto sum tibi. Si pla-
cet tibi. mitte unum de astantibus et uide. si subueniant dii
tui: Imperator dixit Itis et mari preualuit articulis
tuis Pantaleon respondit Que cogitas adimple:
quod inmaris exerce. Non me terrebis: nec ei timeo
manus tuas. Tunc iussit imperator pantaleonem onera-
tum vinculis catenarum in carcerem mitti: et prohibuit
bestiis cibum. ut sanctum dei martirem deuorarent. Alia
itaque die: iussit maximianus amphiteatrum parari
et impleri populo. Veniens autem imperator. sedensque pro tri-
bunali: iussit sanctum ~~[illegible]~~ puerum adduci Et adductus sunt
fuisset: stans in medio amphiteatri. dixit imperatori.
Dominus meus ihesus xpistus. qui lampades tuas extinxit. mini-
stros tuos sedauit plumbum refrigerauit. et mari impera-
uit: ipse bestias tuas mansuescere faciat. Imperator
dixit. Consentimini et sacrifica diis: ut non pereas quemadmodum
mulieres que xpistum confitebantur Pantaleon respondit. Si
mulieres in sexu fragili tormenta pro xpisto sustinuerunt:
quanto magis ego fortiori sexu. pro xpisto martirium
sustinere debeo. Dum hec loqueretur: ecce unus qui
super feras fuit. accessit ad imperatorem dicens. Domine sicut
iussisti: omnes fere parate sunt. Igitur omnis populus
ciuitatis. ad spectaculum conuenit: ut eius interitum
uideret. Tunc imperator adhletam dei iussit introduci.
Et statim apparuit ei xpistus in similitudine Ermo-
lai presbiteri dicens. Serue bone et fidelis

gaude: multum te confortabo. Et iussit imperator omnes
feras ad eum dimitti. Et cum dimisse fuissent: circumde-
derunt martirem xpi. leones omne corpus ~~sui~~ eius
lambebant. leopardi et leone atque omnes fere in iuicem
provocantes atque errantes. currebant prior ad pri-
orem. atque ad manus eius imposicionem accedebant.
nec inde aliqua discedebat. nisi singulis manus
imposuisset. Cumque hoc populus omnis vidisset: excla-
mantes omnes voce magna dicebant. Magnus est
deus xpianorum. Dimittatur sanctus iste. Tunc maximi-
amus accensus ira. occidit de populo non parvam multi-
tudinem: et feras iussit interfici. Sanctus autem panta-
leon benedicebat dominum dicens Gloria tibi domine ihesu xpe. quia
non solum homines pro nomine tuo tormenta paciuntur: sed etiam fere:
que magis elegerunt mori quam unum de sanctis contingere. tuis
Corpora vero illorum qui occisi sunt: xpiani furati sunt
et sepelierunt. Ferarum autem ~~caterva~~ cadavera multis
diebus iacuerunt. et nulla avis ea contigit: quoniam
et ipse mortificate sunt pro xpo. Audiens hec imperator iussit
fodi foveam: et feras mitti in eam. Multi ergo videbant
mirabilia que facta sunt: et magis confortabantur in fide.
Imperator vero ~~ait~~ mente perturbatus: ait domesticis
suis. Quid faciemus puero huic quia omnem populum
separavit a sacrificiis deorum. At illi dixerunt.
Domine iube fieri rotam magnam. et ~~confortabatur~~
alliga eum ad eam. et tollatur in altum. et ex inde

mittat: ut possint carnes eius per partes ~~dissolui~~ dis-
sipari. et animam suam amittat. Iussit itaque impa-
tor pantaleonem in carcerem includi: usque quo
fabricaretur rota. Cumque per triginta dies fabricaretur
rota: suggestum est imperatori. paratum est opus. Qui
iussit mitti preconem ut omnis populus ad spectaculum ueni-
ret: et exitum eius uiderent. Et precepit omnes christianos
si conuersi essent ad sacrificandum ut dimitterentur:
si autem non occiderentur. Pergens autem imperator
ad theatrum: iussit adduci sanctum pantaleonem.
Et cum adduceretur: psallebat domino dicens. Inclina
domine aurem tuam et exaudi me: quoniam inobs et pau-
per sum ego. Custodi domine animam meam: et libera
seruum tuum deus meus sperantem in te. Da fortitudinem
seruo tuo: et libera filium ancille tue. Fac mecum
deus signum in bono. ut uideant qui oderunt me et con-
fundantur: quoniam tu domine adiuuisti me et consolatus es me.
Et facta oratione. tulerunt eum et ligauerunt in rotam:
et dimiserunt eum de alto. Apparuit ei christus. et discrip-
te sunt restes: stante pantaleone sine lesione. Rota autem
~~rotabat~~ uoluebatur: et occidit de populo animas nonaginta.
Et factus est timor magnus in ciuitate. ex illa hora. ~~I~~
Imperator timore territus: uocauit eum ad se et ait.
Pantaleon: usquequo facis hec omnia: Alios viuos
superasti: alios occidisti. Ad hec sanctus dei: infelix
inquit et miser. fili dyaboli. bene de uobis dicit propheta.
Mala eorum intrent in caput ipsorum: et iniquitates

eorum descendant super eos. At maximianus: de nobis
ait verba ista dicta sunt. vel cuius magisterio ista
didicisti? Pantaleon respondit. Ermolaus pbr servus
dei me docuit. Possum inquit videre eum: ut ego doce-
ar ab eo? Hoc autem dicebat: volens ad eius noticiam
pervenire. Cui sanctus puer: si vis ~~inquit ait~~ ait ap-
parebit tibi. Per meam inquit salutem: quia mag-
num beneficium mihi prestas. Pantaleon respondit. Si vis-
seris adducam illum. Cui iussit eum ire cum una cum custo-
dibus. Et ingressus pantaleon domum ermolai presbiteri
dixit. Domine pr: vocat te imperator. Et presbiter: vado inquit
fili: iam enim tempus mee resolucionis instat. In hac quippe
nocte apparuit mihi dicens. Ermolae. debetur tibi certa-
men: sicut et servo meo pantaleoni. Et abierunt simul
gaudentes. Cum venissent autem. nunciatum est imperatori:
et iussit eos ingredi. Quibus ingressis dixit imperator.
Quid vocaris? Cui sanctus. quod a parentibus ait accepi:
ermolaus dicor. Maius autem mihi non est: quia xpianus
sum. Habes inquit tecum alios? Dixit ait alii servi dei.
Imperator dixit. Quid dicuntur? Presbiter respondit.
Ermippus et ypocrates. Vos estis qui separastis pantha-
leonem a sacrificiis deorum. At illi dixerunt. Deus unus
vocat nos ad se: qui est dominus noster. Maximianus dixit. Ite
persuadete illi ut redeat ad culturam deorum: et eritis mihi
cari. At illi responderunt. Oramus ~~et rogamus deum~~
dominum: ut et nos ~~illi~~ ipsi in eo in quem credimus si-
mul coronemur. Orantibus autem quatuor hominibus.

ihc

inquit

cōtremuit locus ubi oracionē fecerūt. et ceciderūt
idola. et cōminuta sūt. Et imperator tristis dixit.
Videtis aūt quō irati sūt dii. et cōtremuit terra.
Pantaleō respōdit. Si diis tuis pcipientibus terra
mota ē. ~~quō ceciderūt~~ quare ergo semetipos custodire
nō potuerūt. ~~quia~~ quia ceciderūt et cōtriti sūt.
qui usque ad pns fuerūt. Post hoc iussit tirānus
pantaleonē retrudi in carcerē. et ~~alii~~ alios tres diuersis
penis affligi et decollari. Qui cū decollati essent.
corpora eorū xpiani tulerūt. et cū diligēcia sepelie-
rūt. Postea uero. iussit in pius scm sibi presen-
tari. cui dixit. Pantaleō. putas quia poteris eua-
dere de manibus meis. si nō cōsenseris sacrificare.
Cui scus dei nō ē inquit necesse tibi de hiis
reddere ullū sermonē. Iudex plenus fallacia omni
et dolo. intulit hec verba. Doctores tui. ermolaus
ermippus et ipocras. iā cōsenserūt mihi. et sūt
nobiles in pallacio meo. Pantaleō uero cognouit
per spm scm. quia iā coronati sūt pro xpo. et dixit.
Iube ergo. ut uideā eos ante te. Maximianus dixit.
Ad alias ciuitates eos direxi. causas exacturus.
Pantaleō respodit. Benedicis causas cū soleas men-
tiri. quia ut asseris iā uere sūt in ciuitate ~~dei~~ xpi.
Post hec et huiusmodi. responsa uidēs tirānus se in
oībus a tali puero deludi et superari. multa

tormenta adhibuit. Et cum iuncte eum nulla ratione po-
tuisset, iussit eum gladio percuti: admonens spiculatores
ut post decollationem carnes eius igni concremarent.
Panthaleon vero ibat gaudens: et psallebat dicens. Se-
pe expugnaverunt me a iuventute mea: etenim non po-
tuerunt mihi adversus animam meam. Omnes autem iustitie:
confregit cervices peccatorum. Et duxerunt eum extra civi-
tatem ad modum miliarii: et ligaverunt eum in no-
vella olivarum. Et accessit unus de spiculatoribus. et
percussit eum. Statimque gladius ille tamquam cera com-
plicatus est. Videntes vero illi dicebant ad invicem
Procidamus ad genua iusti huius ut oret pro nobis:
quia magnus est deus christianorum. Et procidentes ad pedes
eius dicebant. Rogamus te sancte dei ora pro nobis: ut indul-
geat nobis deus tuus omnia que in te egimus: et credimus in
nomine eius. Tunc elevans sanctus dei manus suas in ce-
lum dixit. Domine deus comple desiderium meum in loco isto.
et hominibus istis indulgentiam. et dimitte peccata eorum:
et da eis partem in regno tuo. Et vox de celo respondit.
Serve bone et fidelis: impleta sunt desideria tua.
Aperti sunt tibi celi. exspectat te chorus angelorum. Tro-
nus tuus adest: corona tua preparata est tibi. Non diceris
panthaleon. sed panthaleymon. id est multum misericor-
dis. quia multos liberabis. Tu eris portus navigan-
tium: demonum persecutor. Hec audiens panthaleon. vocavit
homines illos ad se: et dixit Venite et perficite quod
vobis iussum est: quia venit hora mea. Illi autem
timebant. Et dixit eis Di non feceritis: non habebitis

pte mecu. Hec audientes accesserunt audacter ad eu:
et osculatis manibus ceterisque membris eius percusserunt et
eu. Statim ergo apparuit corpus eius sicut nix cu sang-
uine lac currebat: et arbor ubi ligatus erat repleta
e fructu. Et omis populus ciuitatis venerunt condere
corpus eius: et videntes lac cu sanguine fluere
et arbore subito floruisse: dederunt gloriam deo. Mul-
tus autem populus credidit deo in die illa. Audiens
hec impius ~~tyrannus~~ maximianus iussit ut succideretur
arbor illa: et ex iam corpus eius conburetur. Et factu
est ut iussit. Xpiani vero tollentes cineres eius po-
suerunt in locello argento: et collocauerunt diligenter
sub sacro velamine altaris sci liberii. Spiculatores vero
qui duxerant vel quibus iussu ~~erat~~ fuerat scm pan-
thaleonem decollare non sunt ad tirannum reuersi: sed
cu reliquis corporis eius abierunt simul et cu cineribus
quos tulerunt. Locus autem ubi decollatus est scus ad h-
leta xpi panthaleon apud nicomediam ciuitatem fuit
foris murum in uilla cuiusdam nomine conanti scolastici.
Illic cimiterium a xpianis factum est 4to kalendas augusti ad lau-
dem et gloriam dni nri ihu xpi qui cu patre et spu sco
viuit in secula amen. Sermo dni Rubti abb.
de eodem precioso mre panthaleone.

Scimus inquit apostolus quoniam diligentibus deum omnia
cooperantur in bonum: continuoque addit: hiis qui
secundum propositum vocati sunt sci. De quo

proposito dei. quomodo secundum illud vocati sunt sancti. quomodo
illis omnia in bonis bonum cooperantur vel cooperata sunt: quomodo ne-
que mors neque vita neque angeli. et cetera que commemorat
apostolus in eodem loco. non potuerunt eos a caritate dei que
est in xpo ihu separare: quotidie matris ecclesie nascentibus
sibi filiis. declamat ex ipsorum triumphalibus gestis.
Hoc id circo agit: ut et ipsi fortes sint nec timeant. si
evenerit eos tota die propter deum morte affici: et
estimari ut oves occisionis. Vivunt enim vivunt sancti
martires. incliti nostre fidei parentes. quorum san-
guine terra purpurata est: quorum coronis celum floret:
quorum memoriis ecclesie ornate sunt: quorum natalici-
is insignita sunt tempora: quorum meritis sanita-
tes crebrescunt. Ecce hodie de tantis unus nobis martir
gloriosus panthaleon vivus et victoriosus in xpi lau-
dibus refulget: cuius vocatio. omnis que cursus consuma-
tio. gratie dei vocantis. iustificantis et magnificantis
eos. quos prescivit sanctos: et predestinavit sanctos. mag-
num preconium est.

Quid enim: Ratione cum spiritus sancti duo data sunt. alterum
remissio peccatorum. alterum diversarum
distributio gratiarum: ordine prius est dari in remissionem pecca-
torum. secundarium vero in divisiones gratiarum: Ratione inquam
prius est per baptismum renasci: sequens vero per impo-
sitionem manuum confirmari. vel divisivam accipere
gratiam spiritus sancti: Rimirum quotiens aliter fit. vel factum
esse fida narratio tradit. non consuetudo donationis. sed

renovari sive

magnitudo et miraculum est. dispensatione dignacio-
nis. Id circo magis miramur in laudem gratie dei. quod
super cornelium centurionem et super omnes qui cum illo ~~ad~~ au-
diebant verbum. cecidit spiritus sanctus. et loquentes linguis erant
et magnificantes deum. quam quod idem scriptum est.
Cum audissent apostoli qui ~~erant~~ iherosolimis erant.
quia ~~erant~~ recepit samaria verbum dei. miserunt ad illos petrum
et iohannem. Qui cum venissent. orauerunt pro ipsis
ut acciperent spiritum sanctum. Necdum enim in quemquam illorum
venerat. sed baptizati tantum erant in nomine domini
ihesu christi. Tunc imponebant manus super illos. et
accipiebant spiritum sanctum. Nam de illa spiritus sancti acceptione
que facta est illis per impositionem manuum. certum est.
quia manifestabatur tunc temporis ad edificationem ecclesie
in operatione virtutum. in ~~genere~~ generibus linguarum in
gratia sanitatum. De hoc munere magis ut iam
dictum est. miramur cornelium nondum baptizatum
accepisse gratiam linguarum. quam id quod illi
iam baptizati tale quod acceperunt. quia videlicet in
illis consuetudo seruata est dicti ordinis. in
cornelio autem gratia dignacionis. certam ob causam
domini quod erat posterius precurrere fecit.

Sed ut iam causa. propter quam horum meminimus.
manifesta fiat. ecce et in isto sancto. ad
gloriam eternam predestinato vocantis gratie donum similiter ut
in cornelio precucurrit. Dic enim habes. in eius preclaris

et memorabilibus gestis. Cum audire cepisset a presbitero
ermolao verbum dei. nondum baptismi gratia renatus.
vidit puerum obligatum a serpente: et timore ductus
abiit in partem. recogitansque in se semetipsum dixit. Nunc
scientia: si vera sunt que dicuntur ab ermolao ~~presbitero~~
presbitero. Et respiciens in celum dixit. Domine ihesu
xpe. si dignus sum servus tuus esse: in tuo nomine crepet hic
serpens. et liberetur puer. Opus huiusmodi de divisionibus
gratiarum est spiritus sancti. de gratia sanitatum. sive de operatione
virtutum. quam a prelatis in eodem gradu numerando consti-
tuit: in quo est gratia linguarum. que cornelius iam dictus
nondum baptizatus accepit. Ait enim. Divisiones vero
gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et sub inde. Alii datur gratia
sanitatum in uno spiritu. alii operatio virtutum: alii prophetia.
alii discretio spirituum: alii gratia linguarum. Que porro
causa fuit. ut iste quemadmodum et ille. ordine inusitato. prius
acciperet donum spiritus sancti divisivum. quam donum eiusdem
universale. quod universis eque datur. quod est baptizari in remis-
sionem peccatorum. Nam de cornelio satis notum est. quia cum esset
gentilis. salute indignus iudicabatur ab eis qui crediderant
ex iudeis. et ideo necessarius defensor et advocatus.
cecidit super eum spiritus sanctus: ut constanter diceret petrus.
Numquid aquam quis prohibere potest: ut non baptizentur hii. qui
spiritum sanctum acceperunt. sicut et nos. Item. Si ergo eandem
gratiam dedit illis deus sicut et nobis. qui credidimus in dominum
ihesum xpm: ego quis eram. qui possem prohibere deum.
Isti vero que causa fuit: ut similiter baptizatum
nondum preveniret advocatus gratia. Quis enim istum.

a salutari baptismo uelut indignum repellat. Nimirum
si rite perpendas. cum pene similis erat huic: et sicut illum de-
fendi sic dignum fuit istum confortari. Nam illum quidem alie-
na importunitas repellebat: istum autem nimia proprii cordis
humilitas confringebat. Iam enim magnum ~~esse ut dici sen-~~
senciebat dici uel esse seruum dei: et magnitudi-
nem hanc reuerebatur. quia paruum erat in osculis suis.
Hoc ex oratione manifestum est. Nam adtende quid dixerit. Domine
ihesu xpe. si dignus sum seruus esse: in tuo nomine crepet hic serpens
et liberetur puer. Non dixit. domine ihesu xpe. si deus uerus es tu
crepet hic serpens: sed si dignus sum inquit seruus tuus esse.
in nomine tuo crepet serpens. et liberetur puer. Iam
fidem habuit in eodem spiritu: signum autem postulabat.
utrum illius cuius ~~dim~~ diuinitati credebat. seruus esse.
aut seruire illi meretur. Bene ergo decuit spiritum sanctum.
ut illi sic postulanti in confractione cordis. in nimia humi-
litate mentis. presentiam et beneplacitum ostenderet sue digna-
tionis: ut baptizari in nomine domini properaret. qui spiritum sanctum
in munere accepisset.

Nunquid autem deus. qui quos ante tempora predestina-
uit. illos etiam uocat singulos temporibus suis:
casu et nulla considerata ratione tale huic in sua uocatione
signum dedit. Non utique: sed prouidus et signum dedit.
et causam cur tale signum daret dignatus adtendit. Dignum
quippe cum datur a deo sanctis eius: preter miraculum exterius.
aliud quod utilius est significat interius. Exempli gratia.
Cum uocaret petrum. ut relictis omnibus sequeretur se: magnum
dedit signum. magnam et stupendam capturam piscium.
Et protinus aperte iudicans quod pro re. tale dedisset signum:

nolu rp̃ tiere · ex ſſa hoc eris capies. Cui dr̃ ſigmũ
ymaginũ ꝑ datũ ẽ huic: ad qđ ꝓfic̃ ꝑtinuit: ꝓfuit: Nul
tũ plane: et qđ intencionẽ hoīs mꝰ oculos· pluimũ delec
tãt posſit. Sed potuit dns dicẽ et ſolet tiere: ex hoc // huic.
ei vt ab aliquo ſerpente libertas· et m̃ ſeruꝰ dignus
eris· Sed vt hoc rei ꝺ̃uenire clarũ ſit: q̃ eorũdm ad
memoriã· ꝙ tũc tres pugnabãt cũ alijs ſerpente: ſup̃
illud de apocalypſi bti ioh̃is Et factũ ẽ pliũ
in celo· Michael & angeli eiꝰ pugnabãt cũ draconẽ: et
draco pugnabat et angeli eiꝰ & nõ valuerũt: neq;
loc⁹ inuentꝰ ẽ eor̃ amplius in celo. Tũc igit illud plium
ꝺ̃mittebat· quating diabolus ſerpẽs aliquis aliquã
catenã q̃ reũ poſſidebat· ꝙ in gehennalibus penis
colebat· de illo celo ſuo de illa ꝓſencia dulcedinis gaudiũ
dñi· pellẽs· pugnate igit̃ pro ea pro fide· et ad
iuuate michaele et angelis eiꝰ· id̃ iuuate draco
nem et angelos eiꝰ· adiuuate diocletiano et maximiano
tyrannis dñi nr̃is imitatoribꝰ· quorũ tũc ꝓfectus
ſeruiebat· ſuſtinendo tam ſeſſas oracionis ꝓces· ne totus
pereãt· ne deperiret uetꝰ idolatrie cultꝰ· et obligate
ab illo· ſimplices aie liberarẽt· Egit· ut ꝙdã ſigmſt
ciuis· ſibi agrũ ꝓpe ꝓpriũ patulcũ· puerũ aſerpente
collectũ vidit· et ſũ ortũ croꝑe ſerpente· pu
erũ liberauit· Teſtimoniũ ſue voluntatis q̃ ſeruꝰ dñi
ihũ xp̃i digne meruit ee vt dicã· ꝙ ſic mox futurũ eat·
vt ſerpente diabolo ipſe liberet· cuiꝰ erroris vitio tenebat
ur nesciret vitꝰ· ipſeq; diabolꝰ p̃ meditia croꝑare pug
nabat· ꝙ̃ mirifice victorias eiꝰ· quas deinde digeſ
tis gtinet geſtorũ vt paſſionũ venerabilis textus.

Hoc demũ diligẽs· ac adiuſu nõ minime delectat·

qđ' talit' ꝓcess a septiformi ſpū. ſpū ſđ. talu ſerpentis
irrepāt ſigno eicropto ſerpies rogressꝰ ē cu ſepte
atiquo. huc ſtrub martiꝝ duce ſuo. duce fretꝰ ſpū ſđ.
Deprimꝫ ſerpēꝫ ſanct ī geſtꝰ eiꝰ gtumꝫ ī circe ſtetit:
ſerpies in agđe ſtramis dimicauit: ſerpies vicit. Ad
mo gratꝫ uiſſet impator eū ī ceruleū ſuſpēdi. et eius
latcribꝰ lāpades accēdi. Ad ſluttꝫ. et igne extīc
to. vicit fides martiꝝ. Decimꝰ uiſſet impator ſic
ſortagine ferreā: plubꝫ in eo ꝑfecto ītꝫ gra martiꝝ.
Ad eſt utrū ꝓpius: ſtatiꝫ igns extīctꝰ eſt. Tertiꝰ pollo
cius lapide taleta ictu cepēdere. miſtri crudelitatꝫ
alligabāt: eiuſꝫ ī effudū marꝫ fricuerūt. Ad eſt deꝰ
ꝓpi: de marꝫ pculo. ſuū liberāt famulū. Quo ſere
uiſſo impatorꝫ emſꝑe uictorē cludere: et ꝑſente
ꝓpo. admirāte uictoriē cōſe. ut illi nocerēt. Quo
ad rotā alligatꝰ. ut in altū tollet. ſic ī fide ſuꝰ.
ꝑſecte vīnt: vt illeſꝰ ad tīnā deponet. rupt. oēs vīnt
ſuos. Quo ī carcere ꝓpi iuſſꝰ ē. vt ne liceꝰ ꝓpe
victoriſſ eiꝰ deeſſet: qua et capluꝫ ut mi. retrab
minare nō negligit. dicēdo: alius vō ludi. libria et
vīnā ꝓpti. ī ſuꝑ. vīncula et carcēꝫ. Ad ultu
gladij. corona ꝓpta eſt: cuiꝰ utrꝰ ſūmatꝰ eſt patro
cinio ſđ ē miltū hm̄ ſeruoꝝ: ꝓporti naufragiū: ſuſ
ceptor tyrānū. medicꝰ egritudū. de manū effugatore
ſor. inquā diligēt. diuinoꝝ ſpectatorū ꝓpiꝰ. nō modꝰ
delectat aut delectāt. Cuius cū ignoret: ſpēm ſūm
a quo vt rā ductū ē cū baptiſmatꝰ gratī. ī mīnoꝝ ꝓduc
tꝰ eſt. ſūm ē ſeptiformē. Eſt cū ſpūs ſapiēcie. ſcē
ſpūs intellectꝰ: ſpūs conſilij. ſpūs fortitudīs. ſpūs ſcīe. ſpūs
pietatis. ſpūs timoris dñi. Ille qđ meſtat dicere magnū ſpūs

antiquum diabolum cuius per hunc puerum vincendi signum fuisse
diximus. serpentem illum qui ad orationem eius crepuit. draco-
nem esse ~~serpentem~~ septem capitum. sicut in apocalipsi legimus:
quia draco magnus rufus habens capita septem. stetit ante mulie-
rem que erat paritura. Septem namque capitum esse dicitur. et est
diabolus. et omne corpus eius. quod sunt quicumque illum imitantur.
propter septem notas et capitales eius contra ecclesiam persecutiones. quas
descripturis sanctis cognitas habemus. Siquidem prima persecutio
fuit ab egyptiis illudentibus israheli. pharaone
dicente ~~vaca~~ vacatis ocio. et idcirco dicitis eamus et sacrificemus
domino. secunda ab iezabel et eius posteris. tam in israhel quam in
iuda occidentibus prophetas domini. tertia ab babiloniis. qua et pueri
tres glorificati sunt in ~~fon~~ fornace ambulantes per medium ignis.
Quarta a medis et persis. agente aman hoste iudeorum.
ut interficeretur is qui tunc solus erat populus domini. quinta a grecis
agente antiocho epiphane. qua et septem machabei cum matre
sua sunt trucidati. sexta a romano imperio. cuius nero primus
auctor extitit. septima ab antichristo qui nondum venit. Hoc igitur de quolibet
martire christi. qui ut sepe provenit. uno congressu. palmam victorie
comprehendit. recte dicas. quia ipse conculcavit caput septem antiqui.
de isto autem laudabiliter dici potest. quia non unum tantum caput.
sed septem conculcavit capita draconis. Invenimus et alios
licet per paucos martires. christiani agonis principes. pug-
nasse et vicisse hoc numero. spiritui sancto sacrato. numero septe-
nario. hoc vel in illo sancte romane ecclesie insigni archidiaco-
no laurentio. manifeste spiritum sanctum providisse animadvertimus.
Primo namque subiit carcerem. deinde scorpiones. tertio fustes
parturique laminas ardentes. quarto plumbatas. quinto
catastam. iterumque scorpiones. sexto iterum plumbatas. Septimo

criticulam. Sed quid in militibus numerum istum, numerum septe-
narium septiformis spiritus sancti spectandum proponere laboramus: si
non ipse talis militie rege vel principe Jhesu Christo eundem observatum
esse comprobemus? Quid in membris inferioribus oculos mirantes
figimus: si non ad ipsum caput respicimus, visuri utrum eodem
numero dimicaverit ipse: in quo plenarie totus inhabitat septifor-
mis spiritus? Ergo et ipsius processum consideremus: passiones numeremus.
Primum est quod pertulit vincula, quae ligaverunt eum: deinde
sputa, alaphas, spinea coronam, flagella, crucem, lanceam
quoque qua latus eius patefactum est. Septem hec passiones eius
insignia sunt. Verumtamen nullus dolor dolori eius qui sine
peccato doluit comparabilis est: nullius pugna sive victoria
pugne atque victorie eius comparari potest. Ille namque
non solum sibi vicit, sed omnium electorum pugnas consecravit, victo-
riasque dedicavit: et omnium quae sub predictis regnis septem
sive capitibus draconis pugnaverunt, et vicerunt, coronas
in illo septemplici agone suo fabricavit. Igitur consulto
factum vel provisum a sancto spiritu, nemo qui dubitet: ut hic
electus eius, tyro eius, miles egregius atque fortissimus
septies triumpharet. Et quis de isto dubitet: quin
in comitatu agni, ad similitudinem eius ipse quoque candidus
virginitate, rubicundus passione ante tronum dei citharizet,
cum illis centum quadraginta quatuor milibus, qui agnum illum
sequuntur, cantet quoque canticum novum quod nemo dicere potest inquit
Johannes nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti
sunt de terra. Quid enim huic, de illa quoque causa deesse potuit, quod
collaudando scriptura dicit: Hii sunt qui cum mulieribus non sunt
coinquinati, virgines enim sunt. An non hoc ipsum in sancto puero
consummatio quoque cursus eius predicat: cum sicut illic dictum est.

ubi armifices pruſſerũt eũ. ſtatĩ corpꝰ eius rendidũ
velut niꝫ apparuit. et ꝙ ſanguis lac fluebat. Aliud
ꝙ ſanguis lac fluebat de vulnẽ martiris. inſtabile
teſtimoniũ dicitur. Patet utiq; ſpeciosius relucida. rutilũ
ſupne laudis. et in ſua plena felicitate me aſſiciens
memor miſerie ſuppliciꝰ ꝺo pro ritu anxi et ꝙ nobis.
O mnipotens mãibꝰ et mudo corde. de cuius ſanguis lacteo.
lacte ſanguineo. tria nobis deũ clamat ad deum ſuꝑ
in preſentiarũ renouat ũdos ſingulos ãnos. Clamat
ei ſanguis huius ſũ ſui ſanguis exhibitus. no tm auſibili mẽ
to. verũ et viſibili ſigno. Clamo opuſti ſanguine cuius
nefas fuit loqui nec latẽ clamor. cuius poſſemꝰ teſtes
ꝓferre nõ tantũ duos aut tres. ſi fore oculos. ſtrictis agrippia coloia
ciuitas magn. lotis ſacris veſtibus ſolutos voluit. q̃ miraculũ
hor. ꝓ miles. et ſui ꝓ quibꝰ reportabꝫ. propriis vidẽ meru
erũt oculis. Ita multoꝝ fide relatu repetit hoc venerabile
pr̃e. nec remouit. ſed ad memoriã eius glorioſi martiris.
ſecuꝝ ſpledz urbe. teſtu atq; religioe pauꝰ inſigne. ut
nephas arbitrandũ ſit. no credẽ teſtimonijs. no eloq; aut lec-
tere fidẽ hoc miraculũ ad laudẽ dei.

Conſtantinopoli ſanguis huius bti martiris ꝺi capulla
lucida. magne ut digne veneratiõi habet. diſſo-
lor. ide candidꝫ z rubicundꝫ: et ut manifeſtiꝰ dictu ſit.
pti candidũ lac. pti rubicundꝫ ſanguis. Deprehendit hoc
duo miniſtrabat. iuſſa a dño ſue poſtulatiõi ſue neceſſitu
ꝺi dnos: ita videlꝫ ut ſi ꝓpter dnm. rubicundꝫ ſanguis
ſuperior pararetur. ſequens lacteꝰ deſcendat. et ſuperꝫ appa-
reat candidũ lac. deſcenſum michi dnm dño reddẽ.

ut supernefulgeat. preciosa sanguinis gloriosi purpura fere nunquam
hic alternacio cessat. magna cum laude et gloria domini nostri ihesu
xpi predicans martirem eius beatissimum: cuius meritis nec rose nec
lilia desunt: cuius candor virgineus. cuius robor martirii
sanguineus. semper renouandis proficit dei omnipotentis laudibus.
Semel tamen. nostra memoria. regnante michaele imperatore
qui nuper decessit. cessasse perhibetur descensionis hic alternacio. ut
vice sua non descenderet sanguis. sed permanet superior anno
toto sequente. ut fuerat anno precedente. Fuit autem idem annus
totus. pleriorum sanguine cruentus. xpianis eiusdem imperii contra
paganos viciosis dimicantibus. quos vulgo nos latini pince-
nates dicimus. antiquis autem nomine ~~[illegible]~~ massa-
getes dici solitos plerique suscipiunt. Tanta denique
cedes extitit. ut de illis xpo suis auxiliante. fere nullus
qui in certamine venisset superfuerit: consumptaque est multitudo
incredibilis. Tunc animaduersum est huiusce rei tanti
tamque admirandi prelii fuisse hoc signum quod rubor sang-
uinis ~~[illegible]~~ preciosi perstitit. et vice sua non descendit. Et quis
ignoret. illam tanti sanguinis effusionem. et inimicorum
xpi cedem. ad illam pertinuisse vindictam. qua propheticus
in psalmo deposcit spiritus. dicendo: vindica sanguinem ~~[illegible]~~
seruorum tuorum qui effusus est. Denique sicut xpi et prophe-
tarum ~~[illegible]~~ sanguis super iudeos est. ita sanguis mar-
tirum xpi super gentes pertinacit incredulas permanet: et quo-
ciens cede insolita deuorantur. toties sanctorum xpi seruorum san-
guis vindicatur. Recte igitur sanguis ~~[illegible]~~ super perstitit
sacratissimus: clamans deum de terra contra infideles pro
fidelibus.

Poterat autem aliter eiusdem rei signum in eodem
sanguine dari. si unicolor. et tantummodo rubor sanguineus
~~existeret~~ existeret: ut ubi gratia crescens
et superhabundans. notam et solitam quantitatem excederet. Quid
ergo sibi vult ista vicissitudo: ut nunc lactis candor. nunc
autem sanguinis rubor cedendo ~~vicissim~~ vicissim et succedendo
fiat superior. Deinde quasi certamen glorie est: ut non
facile diiudicare possit spectator adtentus. quis color
illic altitudine perpetua magis dignus sit. hoc ergo
non inutiliter animadvertere possis: quod duarum habitu-
dinum beati martiris. scilicet ~~mundicie~~ mundicie atque mar-
tirii. pene dubitabilis comparatio sit. Et enim potest
aliquis. et sepe factum est. ut vite vel carnis propere non custo-
dita integritate. persecutionis turbine raptus ad martirium
procurat: cunctasque preterite conversationis maculas una
sanguinis ~~effusione~~ effusione diluat. atque ita rubicundus fiat.
Atque sepissime factum est. ut aliquis integritate vite sancti propositi
custos. in pace vitam finiat: atque ita cum stola confessionis
candida. totus albus ut lilium. ante deum procedat. Et quis
duos istos facile diiudicare possit. ut dicat. altior
vere est hic. aut hic: nisi forte pro eo quod dictum sit. maiorem
hac caritatem ~~me~~ nemo habet. ut animam suam ponat quis pro
amicis suis: Hic autem utroque ornatu. coram domino decorus
incedit. candidus et rubicundus: candidus ut lilium pro integritate: ru-
bicundus ut rosa pro sanguinis effusione. Quid ~~hunc~~ horum
amplius aut ~~dignus~~ dignius mireris: Si rosam martirii
prefulgere iudices. ecce preterito vel forte presenti anno. lac-
teus liquor superius pollet. quod iuxta candorem lilio simile est.

Si ~~licet~~ lilium virginitatis, maioribus efferendum laudibus estimas,
ecce visa vice sanguinis rubor supra rutilat qui colore suo vernan-
tes imitatur rosas. Et hoc martirii gloriosum insigne est.
Utrumque igitur in uno glorie Christi teste beatissimo, graciosis oculis
aspicientes, subiectis a primis animis venerantes, fateamur id
quod verum est, quia sicut iam supra diximus, agnum dei candidum
et rubicundum, iste dignus inter dignos comitatur, et can-
tat cum illis canticum novum ante tronum, sequitur quoque illum
quocumque ierit, quia et vicit diabolum propter sanguinem
agni, et propter verbum testimonii sui, et sine macula est
ante tronum dei. Verumtamen sicut quidam ita simpliciter candidi,
ut istam vel aliquem talium, qui duplici sunt sorte beati, scilicet
candidi pariter et rubicundi, nequaquam ~~licet~~ illis preferri,
qualis ~~est~~ prima est beata virgo dei genitrix, deinde beatus idemque
virgo Johannes dilectus domini, quorum neuter sanguinem
in persecutione corporaliter fudit. Nam ut de illa universe
beatitudinis matre maria nunc taceamus, de beato Johanne
illud verissime dicere licet, quia magna quidem gratia ad martirii
duros agones pleraque admissi sunt, sed hic non minore servatus
est, dicente domino propter multam tenere dilectionis habundan-
ciam, sic eum volo manere donec veniam. Alias autem
si interioris habitum hominis respicias, neque istum neque iam dictam geni-
tricem gloriosam ~~[illegible]~~ martirii purpura cum virgineo
cantare perpendis. Nam et illi Symeon dixit, et tuam ipsius animam
pertransibit gladius, et isti eque ut fratri suo Iacobo locutus est.
Potestis inquit calicem bibere quem ego bibiturus sum? Et rursum.
Calicem quidem meum bibetis, etc. Si igitur rite perpendas
quam genitricis domini animam gladius pertransivit, tunc dilectus

dm̄ calicē bibit. Etenim qn̄ saluator nr̄ calicē passionis bibit.
tunc aliis discipulis fuga dispersis. Johannes de quo loquimur. cum bta
virgine uxore crucē stetit. atque ideo recte dicas illic eum bibisse
calicē dm̄. ubi matris animam gladius pertransiuit. ideo in qua
recte illum estimes non carere purpura martirii. quia morientem
dm̄ non sine dolore uidit. Nichil igitur ergo maioribus de-
rogatur. quorum solus candor simul et rubore purpureum
obligatus simul et martirii testimonium predicamus.

paret exterius dum in isto iuniore candorem

Signorum siue miraculorum opifex omnipotens deus
rarius quidem nostris temporibus signa virtutesque per sanctos suos
operatur. quia videlicet nos frigidi celestia minus curantes.
maiorem quam patres nostri uel appli. martiresque sancti. de
terrenis consolacionem habemus. Si quidem et ante nos hinc verat
dictum est. quia ecclesia persecucionibus creuit. martiriis
coronata auctta est. Post quam autem ad christianos prin-
cipes uenit. potencia quidem et diuiciis maior. sed virtutibus
minor effecta est. Perunt tamen sunt quedam nostra etate per
hunc beatissimum martirem misericorditer secundum nomen eius
quod est pantaleymon impensa. non dubiis auctoribus noticie
nostre tradita. que ad laudem dm̄ presenti sermone uiuati memo-
rie commendare non pigeat.

Arnoldus gentis russorum rex. qui dum hec scribimus adhuc super-
stes est. uerso in se insilente preuentus. scisso uentre
et usque perfusis uitalibus. pene examinis sic iacebat.
ut spes uiuendi nulla superesset. paululum quippe dum
esset intra siluarum lustra qua nescio pro causa secesserat
a comitibus. atque ita uerso ut iam dictum est insilente. cum nec
arma presencia tunc haberet. nec solacio quisquam adeet.
bestiali ferocitate preuentus atque discissus est. Ad clamorem

cuius ⁊pria assumit: et bestia q̃dã pomptus regiminũ
tenẽ ⁊fructũ ẽ. Delatũ q̃ mr̃ mang eulẽciũ lectu-
lo impoit: nr̃ aliud q̃ vt eq̃tũ ꝙcularet spm̃ auctis ex-
ercitibꝫ. Domũs dñm obsequiũ eq̃lis solacĩ
lectulo assidebat. mete gestiũs: q̃ audiret aggrad siffu-
ras q̃ audiret filij sui mete treq̃ vid̃ poteat̃ in-
terea dũ p dies aq̃at. despecta salute eq̃. fis exper-
tat̃. cũ sanctus ille neq̃ videz neq̃ audiz quid circa
se ageret: cuius pene sepulte corporis sensibꝫ ĩcte assist
illi adolescentulus suis visu dulcis et vultu serenus:
qui et medicũ ꝓfitebat. Dñm q̃ suũ edocet: pathi-
leonẽ sese mutuauit: domũ est robie. sibi ẽ sanctis sal-
uare ⁊notuit. Causam dñmde sibiq̃ cur aduc esset:
tue tẽp salutis gra nũc aduẽ: Damabis. et hodie
sanitas corpori tuo ꝓpe est: dolor et mors mediate grat
mediante ꝓuil abẽt. Dozo mr̃. q̃ assidens. q̃
mortis cubilias ⁊fres evolubat. hor a filio rege diuum
postulãe ropent: quating cũ patre ⁊ amore eius.
ihrosolimã sibi ꝓfuisse lucet. Cui q̃ ibi pene mortuus
iacebat. visu hẽigmoi tollogiq̃ atropisset: repete omn
patefuisse sũt. medica adest motq ligue. et vtq sau-
tibꝫ necesse: matrẽq agnoscẽs visa refudit: q̃ dicta sũt
sibi fuerãt enarrauit. Ast illa ita diuũ pathileonẽ et nõ
et meritũ agnouerat: et eq̃ honore illius. ihrosolimẽ
seruit. ste q̃ gratiose soror vt erat. laborẽ libẽlr̃ promeruerat.
Cui q̃ hec audisset ruit ꝓ eq̃. et loquele filio. mr̃ suscitã
est: et erumpẽs in lacrimabiq̃ ꝓ gaudio. ille ꝓsilit pa-
thileon quẽ videsti o fili. dñs meq est. Ergo et ego
ihrosolimã te nõ obsistẽte ꝓficiscar: et ecce salus tibi

a dño cũ tali patrono ꝛ reddita ingrio est. ꝛ ꝯ plura ꝛ
ꝯ die uicib; qda ad est ꝛ medicꝰ certe affitens. p oĩa
similꝫ illi que ꝑ visoꝝ rep ille vidrat: et adhibita cui
mortuo sine despcto ꝛ uita rẽdit: et mr fidlis. p egrinacões
uotũ adimplẽuit. ꝯ gaudens.

Aliud ute mẽ etate ꝛ utut ꝑsigne celestꝫ cã medi-
cus iste talꝰ opatꝰ est ꝛ ꝓ familias qda duos
ac nobilis de gẽte ãglica: ꝗ uno ꝑioze mortuo ꝛ nupcias
sedis ĩ filiꝰ ꝓcrat ꝛ ꝓca q illa duxt ꝛ ꝯfestĩ amore
modũ nequiuꝫ quid ꝛ ut pote barbara crudelis tyran-
dꝫ ꝛ cũctis abstractis opib; sibiꝫ rẽtis ꝑcrat a suo ꝯ-
sortio male cupitũ ꝯrapuit. ꝛ ut illa laudabilꝫ opãi
nouerat / atꝫ opificio manuũ uitã ĩmoꝝ ꝯsolabat ꝛ
pane mllꝰ rdigẽs quãuis ꝓpria cũctis q possederat.
uũchat ꝗ ꝛ suaꝫ ꝑpetuitate ut tũ ꝗrstetibat ꝛ dedignẽs
odiũ ꝑsertĩ ex amore ꝯdimato degeneratũ / quid
no faceret. ꝛ mutat barbary no cã mentẽ. ꝗ durbo
ly: mobilesꝫ fecẽ digitos ad opandũ q̃ potes ꝓmanẽ
no ꝗffertes. ferro appetit: uenas lacertoꝝ ꝯcidit ꝛ
nerꝰ dissoluit ac disseruit. ꝛ barbaricẽ fecã disrupta
nichil rẽqui nã ꝑ meditatẽ hec ꝓcerat ꝛ quippe q
ad suos ꝛ rẽtꝰ q̃ q̃nos. ut abysse vidi mscabilꝫ erubes-
cebat. ꝛ talꝰ depeissꝫ ꝛ ecce ad est ĩ famꝰ signe
mscõnoꝝ opiũ ꝛ speciosq uũcib; medicũ fecẽ ꝗfites
note ꝓthoꝛ ꝛ gra ꝗ mercede ꝛ ꝗ inquit ꝗsper-
tate rẽpare desideras ꝛ uole quod lubet ꝛ et uoti tui
ꝓmꝰ salus ꝓsto est. Iteruꝫ atꝫ iteruꝫ hꝰ mõ ꝑmanẽs
ꝑpetuꝫ ab esu tormꝰ uolut abstinere cam. ꝛ ꝓp cui
filiã. fecit nequiꝫ ac dignꝰ uirtute rẽdisse pristinã.
et hoc opꝰ ꝗd uoluit facultate solutã obtinẽs ꝛ quod

uouerat suae instituit. Talis consolata: non multo post ad
cognationem suam regressa est. Post aliquantum temporis cognatis
eius celebre conuiuium fuit: et inter esse non dubitauit. Cum
autem prandere: copia ciborum quibus illi post votum uesti
licebat defuit. Rogata est quasi pro caritate uesti carnibus
appositis. et adquieuit. Quid multis morer? Nocte
insecuta. iuuenis idem supra iam seuerior assistens: en
inquit transgressionis rea facta es... Dominus suam circa
te virtutem ostendit. tu autem leuitate feminea uotum
tuum facere irritum non timuisti. Itaque et sanitas a te
recedet: et ecce ut eras impotens atque inefficax permane-
bis. Dixit: et euigilantem illam. in ea quam dudum
contraxerat debilitate reliquit. hoc facto: gloriosus
martir firmauit venerando exemplo. id quod ait
psalmista. Vouete et reddite domino deo vestro: omnes qui
circuitu eius auferris munera. Et sic est finis huius sermonis.

Per fratrem Iohannem ordinis sancte Crucis domus. Colomen.

Relatio de reliquiis martiris premonstrati.

Domnis ac patribus sancte colomensis ecclesie
fratres de cenobio sancti vitoni virdunensis
eternam ab eterno in eternitate salutem.
Quoniam vestra sanctitas a nostra paruitate narratio-
nem flagitat de porcione reliquiarum egregii
martiris panthaleonis. vnde vel quomodo. seu quo tempore
ad nos deuenerit: sicut a maioribus nostris
fideli narratione comperimus insinuare decre-
uimus. Nec tamen hoc agere aliqua instigat presump-
cio. sed sola illa vera dilectio. de qua dicit beatus

gregorius. quia nunquam est amor dei ociosus.
operatur enim magna si est si vero operari renuit.
amor non est. Nullus sane hanc tantillam
narrationem aliqua falsitate facticiam exis-
timet quoniam non alia dicimus quam que gravium et fide-
lium virorum narratione testimonio probare
perfacile est. Alioquin melius esset de hiis et
similibus reticere quam pro iam favore alicui aliquid
falsi dicere. Igitur iam nunc narrare incipiamus.

Tempore quo coram adhuc successor pii henrici
augusti romanorum gubernabat imperium
fuit in regno occidentalis fran-
cie quidam comes odo nomine secundum seculi huius
generositatem magne nobilitatis plurime
potencie multe factionis bellorumque fre-
quencia clarus. Is iure hereditario possidebat
castrum quoddam super mosam situm comar-
ceum dictum in quo continebatur honora-
bile templum sicut etiam nunc inspicientibus
claret multis sanctorum patrociniis ador-
natum quod in honore sancti panthaleonis
martiris domino fuerat dedicatum. Quod sane
castrum non minus patrocinio tam precla-
rissimi martiris gloriosum quam antique nobili-
tatis gloria clarum quidam comes ipsius indige-
na a patre prefati comitis in hominium sus-

ceperat. et ut mos exigebat. fidelitatem
ei iurauerat. Quo defuncto. ius alienum
unque in ius transfudit suum. fidelitatemque
et hominum iusto heredi facere contempsit.
Tunc ille ira et indignacione nimia succensus.
coacta suorum valida manu. castrum obsidio-
ne circumdedit. Quam satis nimiumque indies
perurgens. preter spem cunctorum. subito seris
effractis. castrum ingreditur. rebelles sup-
mo periculo domat. flammis victricibus omnia
vastat. Presidebat eo tempore. nostro cenobio.
pie memorie dominus abbas richardus.
moribus honestus. verbis facundus. actione
religiosus. cunctis sanctitate et bonitate con-
spicuus. Hunc non solum imperator henricus
uel successor eius conradus. verum cuncti
proceres lotharingie alamannie et fran-
cie. pro vite merito. eum diligebant nimium.
et ut patri carissimo in omnibus obtemperabant.
Hic ergo reuerendus pater illud apostolicum
retinens corde. et excercens opere. Pacem inquit
sectamini in iniuicem. et in omnes. Necnon et illud.
Sancti pedes pacem portantes. illud nichilominus
Sancti pacifici. quoniam filii dei vocabuntur. Cum
suo quodam monacho nomine gerwino. quem
postea prefecit ecclesie sancti richarii. ad tantum
periculum aduenerat. ut efferam principis

rabie aliquatenus temperaret. et rebellium obsti-
natissimam perversitatem quoquomodo frangeret.
sed votis illius id tunc obstitit. quod fortiter
furentes adversarii iam castrum irrupe-
rant. iam incendio cuncta vastabant. iamque
armigerorum indisciplinatorum rabies
templi ambitum perniciosa temeritate
spoliatura intraverat. Venerabilis
autem pater quod solum tali periculo perspexit
supesse medias gladiatorum turbas
ingressus. districtis mucronibus supplices
cum piissimis sub obtestationibus of-
ferebat manus donec victores victis
pro reverentia dei et tanti intercessoris per-
cendum acclamarent. Prefatus vero bone memo-
rie gerwinus tunc ecclesie nostre apocrisiarius
pio studio flagrans. dum sanctuarium ingre-
di vellet occurrit uni armigerorum qui
reverenda pignora sanctorum corio insuta.
sub clamide sibi celabat. Mox anxia
viri dei devotio cepit secum volvere quomodo
ad tam inestimabilem thesaurum pertingere
posset. Tunc apprehensum illum educit e
turba seorsum primumque blandiciis solus
solum aggreditur. deinde pulsat minis
et terroribus. ad ultimum diu multumque laborans.

pcio tñ cōpensato qd' satis nimiū desidera-
uerat cōseqt'. et sic demū seniori suo pꝰ
laborē qestenti ext' tminū letꝰ 2 hylaris
p tā amabili cōmcio sociat'. Cui expo-
nens oēm rei ordinē. silꝰ sctās reli-
quias retegēs. mirū dictu. sz nō mirū
euentu. qz sic volūtas fuit. repperit
i loco quo coriū dissuit. testimoniū ve-
ritatis. videlicet scedulā scriptā cōti-
nentē sic. Brachiū cū costa sti pan-
thaleonis mrīs cū minori osse brachij
pthomrīs stephani et aliorꝫ ossa q̄
plura stōꝝ quorꝫ noīa ad euitādū
lectoris fastidiū hic scribē recusaui-
mꝰ. Qua plecta. ī dpmato miraclo
exhilarati trahūt ab ymo pectore
alta suspiria. 2 mox p dulcia cītati
ruentes i stōs figūt oscula. intꝰ
grāꝝ actiones fūdūt lacrimarū lar-
ga flūia. 2 ptinꝰ ad sua sine mora re-
deūt ouātes. nobilēqꝫ thesaurū i scri-
nio cū alijs stōꝝ reliquijs cōdūt. Pidē
uero tēpꝰ q̄dā stimoiales ad inuōrmā-
dā stē religionis formā. i monasterio
sti mauri. nrē cītatis epi. sūt ab eo
dē btē recordacōis prē richardo ab-

ducte q̄ cantu de sepe fato bto mr̄e
quē ī suis ꝑtibꝫ didicerāt. crescente
ī dies nōie ⁊ merito mr̄is. eiusdē
cenobij sorores doce studuerunt.
Puo āt intercedente spacio defuncto
venerabili prē. successor eiꝰ dn̄s
abbas uualerāmꝰ responsoriam
suos discere fecit. et ex tūc usq; hodie
ꝑ amore ⁊ veneracōe sc̄i. cū magno
tripudio ⁊ exultacōis deuocōe. ī nr̄o
cenobio canit. Subsequēti deinde
tpe. q̄dā nr̄ apocrisiarius illius senioris
nr̄i sepe nōiati cōsobrinꝰ ⁊ equiuocꝰ
sub bte mēorie grimoldo abbē scdo
ipiꝰ successore. paratis ī pendijs au-
ri ⁊ argenti. brachiū p̄ciosi mr̄is.
cū illo osse de brachio p̄mi mr̄is
stephani. sicut hodieq; cernit. honori-
ficentissime decorauit. ⁊ nūc adhuc
viuit ī eodē apocrisiatꝰ ꝑseuerans
officio. ferme octogenarius. testimoniū
q̄ ubis suis reddit scriptis nr̄is. De
mīoribꝰ uō articulis q̄ cū brachio re-
condi nequerūt. ul' q̄ ad beneficia
ī ꝑcienda ī scrinio seruati sūt. trans-
misimꝰ sc̄itati vr̄e cū reliquis vene-

randi patroni nri vitoni et theodori mris
gaudentes tam p deuocionis vre bono
studio. qm p honore debito i stis cumula-
to. Nouerit aut pntes 2 futi qsedula
huius narracois nullu recipit comen-
tu falsitatis. sz manet sbnixu luce
veritatis. Talit ergo egregij mris
panthaleonis patrocinium ecca nra
possidet. p nonagita et eo amplius
anoz curricula. largiente dno deo
nro. cuius muneribus et beneficijs sit
laus iugis. et i beneficijs grarz actio.
i oes et nitates stli stloz. Amen.

Finit de sco panthaleone. 2c.

Hic incipiunt revelationes Gwydonis post eius mortem facte sub annis domini millesimo quinquagesimo xxxiiii°.

Dicit beatus augustinus in libro de fide ad petrum Miraculum est quicquid arduum vel insolitum supra facultatem hominis admirantia apparet ad fidei roborantiam. Quia quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Hec previdens omnium secretorum agnitor Jhesus xpus noster salvator volens fidem de vite future beatitudinis inter xpianos firmius roborare Anno sui incarnationis M° cc° xxxiiii° ad maiorem certitudinem de vita futura obtinenda sua ineffabili dispone evidens mirabile dignatus fuit ostendere in Civitate Alexii Que distat a curia apostolica que iam bariona vocatur per xxx^a miliaria sexto kal decembris Obiit quidam Civis eiusdem Civitatis alexii nomine gwydo cuius spiritus reddito corpore humane sepulture sine aliqua forma visibili apparuit proprie uxori eam graviter affligens per aliquos dies post sepulturam suam Tertia vero die post nativitatem salvatoris nostri dei ut puta in die Sancti Johannis evangelistae vidua illa perrexit ad domum fratrum predicatorum in ea Civitate commorantium petens priorem dictorum fratrum Qui cum presens affuerat cepit mulier illa narrare per ordinem que sibi acciderant per spiritum sui mariti Postquam fuit mortuus Et quia nescivit an fuit ludificatio demonum Asseruit

se venisse illuc ad petendum consilium quod super hoc sibi melius
foret. Non enim potuit tale miraculum diutius celare. Et
adiunxit in fine verborum suorum quod sine dubio spiritus
ille fuit in illo loco in quo maritus suus moriebatur.
Quo audito dictus prior quasi confortans viduam ait
Ne mireris de illo casu. Quia mirabilis est dominus in
operibus suis. Aliquod novum ad corroborandam fidem
nostram vult in hoc casu fidelibus suis ostendere. Si
vis bona mulier exspecta hic paulisper et peta consilium
fratrum sapientum quia in rebus diversis melius est consilium
plurium sapientum quam unius. Pulsavit igitur campanam
capituli fratres in unum congregavit et eis casum mirabilem
insinuavit. Quo audito hoc consilium dederunt ut prior
cum magistro Theologie domus et recitatore philosophie qui fue-
rant sapientiores aliis adirent maiorem illius ville pe-
tentes ut assignaret aliquos fide dignos qui secum
pergere possent ad domum. Maior ville assignavit duce-
tos viros bene armatos ut secum irent et viderent quid nam
esset. Sed propriam et aliorum salutem prior ille considerans
hortabatur omnes ituros secum et se confiterentur quod ipsemet
fecit et postea missam de Requiem eternam pro animabus
omni fidelium celebravit. Et qui volebant pecunie conditionem
tot communicavit ne ludificatio demonum eos lederet. Et quia
dictus prior dubitavit an vox audita esset ludificatio
demonum aut ficticium quod melius foret munitus

aduersus huiusmodi collusionem dyabolicam suspexit secum
corpus cristi et portauit in pixide quam clanculo ante
pectus suum subtus stapulare suum pendens et cum omni re
uerentia qua potuit detulit et hoc fecit ita secrete quod nullus
inde sciuit nisi tantum ipse Et ad maiorem securitatem et euita
cionem fictitij fecit diligenter scrutari totum hospicium et do
mus adiacentis et alia hospicia conuicina tam supra tegu
las quam infra ne quid posset ibi latere et in singulis locis
dicti hospicij disposuit custodes trinos et ternas Ex quibus
quosdam fecit stare in hospicijs quosdam in fenestris
quosdam infra hospicium Et quosdam extra Quibus sic dispositis
prior cepit aspergere aquam benedictam in omnibus locis
hospicij Et postmodum quesiuit a vidua in quo loco
vox plus audiebatur Que dixit circa lectum vbi vir suus
obijt Et ibi erat quoddam scabellum super quo prior et socij
sui sedebant et dicebant pro mortuis placebo Et
dirige cum nouem lectionibus usque ad laudes et loco laudum
dicebant Septem psalmos penitentiales cum letania Et
postmodum circa mediam noctem audierunt quidam sonum
ac si esset de scoba mundante domum que deducitur per sonum
nichil tamen visibile apparuit ibidem Et vidua ipsa circa
ibidem astans cepit mirabiliter terreri et clamauit Ecce
Ecce prior et alij audientes illum sonum aliqualiter
perterriti tacuerunt Tunc quidam petrus de burgundia

informauit mulierem ad interrogandum huiusmodi quid hoc
esset hoc modo In nomine ihesu cristi crucifixi quis es tu
Et statim quedam vox tenuis et infima quasi in medio
camere respondebat Ego sum Ac illa tunc per infor
macionem prioris dixit Adiuro te per benedictum nomen
ihesu cristi In cuius custodia pono animam meam et corpus
meum ut in aliquo me non ledas et dicas si tu es spiritus
Gedyonis quondam mariti mei an alius spiritus Respondit
spiritus Ne dubites non possum tibi nocere Ego enim sum
spiritus quondam mariti tui Tunc prior cum omnibus sociis suis omni
timere pestposito adiunxerunt se huic vocem quantum potuerunt
Ad quamquidem vocem omnes concurrerunt et omnibus astantibus prior
adiuravit illum spiritum hoc modo Adiuro te creatura dei
per patrem et filium et spiritum sanctum per virtutem incarnacionis
passionis resurrectionis ihesu xpi et per omnes ordines celorum
si tibi possibile sit loqui ut loquaris nobis et non recedas
ab hoc loco quousque veraciter et sine omni fallacia respon
deas et indicaveris omnia ea que a te petere voluerimus
Et tunc illa vox alcius loquebatur quam prius fecerat dicens
O prior interroga me festinanter quodvis bis et ego tibi
respondebo Tunc imposito omnibus silencio prior proposuit
illi voci hanc questionem Adiuro te per filium dei incarnatum
ut dicas michi quis es tu an bonus spiritus an malus
Respondit illa vox Ego bonus spiritus sum Cui prior
Non credo te bonum spiritum esse nisi mihi hoc evidenter

phaueris Respondit illa vox Ego probo quod spiritus bonus
sum quia creatura dei ego sum Omnis enim creatura dei inquantum
creatura dei bona est vidit enim deus cuncta que fecerant
et erant valde bona Sed omnis spiritus est dei creatura ergo
omnis spiritus inquantum est dei creatura bonus est et non malus Cum
ergo sum spiritus Gladydonis nuper mortui bonus spiritus sum
ego et non malus quantum ad meam naturam Sed quantum
ad malam penam quam patior malus spiritus modo sum Cui
prior hac responsione tu reddis te malum spiritum quod non fit
probo Omnis pena est bona que iuste alicui infligitur pro peccato
suo quia bonum et iustum est ut peccatum puniatur Et tu
dicis quod tu sustines modo penam pro peccato tuo ergo illa pe
na bona est in se quia iuste est tibi a deo inflicta falsum ergo
est quod tu dicis quod tu es spiritus malus quia malam penam sustines
Tunc vox illa respondit dicens Quod omnis pena est bona quantum a
iudicio dei procedit sed mala est respectu illius cui infligitur
quia pena nulli infligitur sine merito peccati sui Et illa
pena quam modo patior est mala saltem inquantum michi infligitur
pro peccato meo malo prius perpetrato Et secundum hoc quod malam penam
habeo ego possum dici malus spiritus quousque per talem penam
purgatus fuero a malo meo quod commisi in vita mea Tunc
prior interrogauit eum cuius spiritus erat Respondit ego sum spiritus
Gladydonis et anima nuper defuncti Cui prior ergo mihi videtur
quod tu es ingratus tibimetipsi et corpori tuo quia per hoc quod hic

appares in hoc loco facis uxori tue scandulum apud homines
Supponens quod tu Guido fuisti perversus homo in vita tua
cuius contrarium cives huius ville estimabant esse verum quia
nulla opinio mala fuit de te dum vixisti Vox illa respondit
non sum ingratus mihi nec alteri nam posito quod tu dares aliquam
tunicam tuam et ipse pro amore tuo precepto tunice sic date vellet
mori pro te si necesse fuit nonne diceretur ille gratus Cui
prior primo ille videretur michi gratus Cui vox illa respondit
Ego dum fui in corpore Guidonis nichil aliud recepi nisi
tunicam mortalitatis sue et modo corpus Guidonis iacet
in terra sepultum non sentiens laborem nec dolorem aliquem
Ego autem spiritus corporis eius hic crucior pro peccatis suis cum tamen
delicta numquam placuerunt michi quia carnalia desideria
militant adversus animam Ne igitur corpus Guidonis
cum suo spiritu in die iudicii igne infernali cremeretur ego quia
gratus sic crucior pro peccatis corporis cum tamen nichil male feci
cum spiritus et anima eius fui ergo non poteris dicere me ingratum
sibi nec valet quod tu dicis prior quod facio scandulum oriri de
mala opinione Guidonis inquam sic loquor vobis et appareo
Quia scandulum est dictum vel factum in vituperium alterius tendens
ad malum finem Nam scriptum est ve homini illi per quem scandalum
venit sed ego spiritus Guidonis non sibi vituperium facio neque
in factis neque in dictis meis quia permissus sum a deo ut
vobis hic loquar et ostendam vobis necessitatem meam
et aliorum commorantium in purgatorio et in hoc honoro

Gwydone quia tota ista civitas hic confluit pro Gwydone
plures orationes fundendo ad deum ut ipse deus misericordie
liberet eum a pena. Sicut tu prior iam fecisti cum fratribus tuis
rogasti pro me ergo per ista dicta mea satis apparet quod nullum
vituperium facio in ipsi nec corpori Gwidonis. Cui prior quo
potest aliquis esse malus post mortem suam ex quo in vita
fuit confessus et accepit ecclesie sacramenta. Respondit
spiritus dicens quod aliquis mortuus malus est dupliciter vel
eternaliter sicut dampnati vel temporaliter ut in purgatorio
puniti. Unde quia confessus fui et percepi ecclesie sacramenta ergo
non possum esse eternaliter malus. Sed temporaliter quantum ad malam
penam quousque satisfecero de peccatis meis confessis. Nam
non sufficit alicui confiteri et percipere ecclesie sacramenta nisi
exerceat penitentiam in opere quod eum deest de penitentia in hoc seculo
supplebitur in purgatorio. Tunc prior interrogavit utrum sciret
aliquem esse salvatum vel condempnatum dummodo fuit in tali pena.
Cui spiritus hoc non habeo vobis dicere nam omnis spiritus existens in
purgatorio est dispositione bonus quia disponitur ad summum bonum
et eternum ideo omnis spiritus debet esse verax et non fallax seu mendax.
Sed nullus spiritus poterit veraciter dicere de dampnatione seu
salvatione aliqua nisi fuisset in utroque loco ad videndum qui et quot
fuerunt salvati et condempnati ego autem sum spiritus Gwidonis
hic positus ad purgandum me de malis meis et numquam fui
in loco dampnatorum quia non sum dampnatus nec ero. Similiter

non possum ad huc accedere ad celum quod est locus saluandorum
et ideo non possum tibi dicere veraciter qui et quot sunt saluati aut
dampnati Tunc prior Impetu spiritus sui loquebatur modo mihi
videtur quod tu es spiritus fallax quia sacra scriptura testatur quod prophete
in veteri lege dixerunt veritatem de incarnatione xpi et tamen
xpm in carne numquam viderunt in hac vita Similiter vero dixerunt
de resurrectione mortuorum tamen resurrectionem non perceperunt
ergo a multo fortiori tu qui es exutus a corpore et spiritus purus
melius potes dicere de dampnatis et saluatis quam prophete qui
puri homines fuerunt et de incarnatione prophetauerunt Respondit
spiritus quicquid prophete predixerunt de incarnatione xpi et resurrectione
mortuorum hoc habuerunt solum per reuelationem dei et bonorum
angelorum quia eis inspirabant per spiritum sanctum eis infusum ad
fidem declarandum ut per hoc conuertent populum ad dei
culturam ego autem in purgatorio positus sum ad certum tempus
et dum fuero in tali pena deficiet mihi reuelatio angelorum
et infusio spiritus sancti quia alios non video angelos quamuis qui
habent me regere in hac pena et spiritum sanctum non possum
habere in me quousque fuero purgatus Cui prior ad huc
in verbis tuis probo te fallacem Cum dices quod non potes dicere
nobis aliquid de dampnatis et saluatis demones sunt spiritus et quia
tamen predixerunt de futuris contingentibus Respondit spiritus
quod demones non possunt aliquid loqui de secretis celestium nisi permissione
per reuelationem alicuius angeli superioris Nec anime existentes
in purgatorio sciunt nec possunt dicere de huiusmodi misteriis

ex ppa potestate Vnde dum fuero in hac pena revelacionem
angelorum non habeo nec habere potero nec penam dampnandorum
debeo videre quia si sic pena purgatorii stare posset cum
pena inferni quod falsum est Nam pena purgatorii bona spe
habet gratie et glorie Sed pena inferni nulla spe habet gratie
et glorie quia in inferno nulla est redempcio Vnde per hec omnia dicta
satis apparet quod non est simile argumentum de prophetis et demonibus
Tunc prior interrogavit eum ubi es tu Cui spiritus hic sum in purga
torio meo Cui prior ergo sequitur quod hic est purgatorium animarum
Quia qua racione tu es hic purgatus eadem racione alie anime
possunt hic purgari et ille locus ubi anime purgantur vocatur purgatorium
ergo per conclusionem sequitur quod hic locus purgatorii est animarum Respondit
spiritus quod duplex est purgatorium commune et particulare Cui prior Nulla
anima potest simul et semel in eadem hora in diversis locis puniri
Respondit spiritus Ego de die in communi purgatorio cum aliis animabus
punior et de nocte in hoc particulari purgatorio Tunc prior
interrogavit eum ubi est commune purgatorium Respondit quod in centro terre
Cui prior Quomodo potest purgatorium locus spiritualis et terra
locus corporalis esse in eodem loco Respondit spiritus Sicut anima est
in toto corpore sic est locus spiritualis unitus loco corporali Tunc
prior interrogavit quare fuisti hic punitus Respondit quod hic
commisi quoddam peccatum pro quo non satisfeci in vita mea Tunc

prior interrogauit quid plus gauat homines in moriendo. Respondit
spiritus concursus demonum qui simul tunc adunantur et congregantur
ad deiciendum hominem extra fidem et propriam memoriam per stridorem
dentium et horribile aspectum qui tunc obiciunt hominibus actus
suos malos. Cui prior quid confortat homines in morte. Respondit
meritum passionis xpi beneficium beate marie virginis et intercessio
omnium sanctorum. Cui prior indicat nobis quantum hoc plus confortant
in morte. Respondit libenter et auscultate. Si quis moritur
in mortali peccato sine contritione cordis et confessione oris
tunc passio xpi in morte sua recitabitur a bono suo angelo
ad concludendum hominem illum esse ingratum deo creatori suo
et hoc quia noluit dum potuit confiteri de peccatis sed contempsit
sacramenta ecclesie que per virtutem passionis ihesu xpi
mundant peccatores a culpa sua et restituunt eos ad
statum gratie et glorie. Et hiis dictis arripiunt eum de per
demones dicentes O ingrate homo ergo deum bene nobiscum
ad infernum ubi omnes ingrates deo hereditantur. Si bonus quis
discedit confessus licet non satisfecerit pro peccatis confessis
tunc accedunt angeli boni confortantes eum contra concursus
demonum dicentes eis nullam partem habetis in homine isto quia
quia meritum passionis est scutum et medium inter eum et vos.
Tunc spiritus maligni dicent hec homo sic et sic per manus suas
et sic per omnia membra. Sic et sic per omnes potencias anime
sue peccauit ergo aliquid habemus in homine hoc. Ad hoc

respondent boni angeli dicentes bene est quod isto modo peccavit
sed de omnibus hiis confessus est vel saltem contritus propter quod meritum
passionis christi erit medium inter eum et vos manus enim xpi
perforate pro homine isto mediant modo inter eum et manus vestras
Oculi similiter xpi sunt medium inter eum et vestros Ita etiam quod amplius
non videbitis eum ad terrendum membra xpi pro eo crucifixa
abluant peccata sua que per corporis sui membra commisit Et
totum corpus xpi expansum pro eo erit sibi scutum contra
fallacias Quibus fecistis eum sic et sic peccare Similiter
anima xpi quam dedit pro homine isto purgat animam eius ab
omnibus peccatis que ipse fecit Ita quod in isto homine non remanet
pena eterna sed pena purgatorii transitoria Et sic merita
passionis xpi iuvant homines in morte sua beneficium beate
marie etiam iuvant hoc modo Si enim aliquis moritur debite
confessus statim ad est beata virgo maria alloquens demones
hoc modo Ego sum mater xpi dicta regina celi domina mundi
Imperatrix inferni Inquantum mater xpi vocata sum rogabo filium
meum ut anima salvetur per meritum humanitatis sue quam cepit
de matre sua Inquantum sum regina celi vocata per filium meum
providebo huic anime locum in celo Inquantum sum domina mundi vocata
cum voluntate filii mei volo quod omnes orationes et elemosine
et omnia beneficia que fiunt in universo mundo ab omnibus
fidelibus suis sint huic anime in remissione omnium peccatorum

suorum Et inquam Imperati ix inferni dicta sum ex parte filii mei
vobis impero de moribus ut hanc animam amplius non vexetis sed
eam dimittatis et hoc dicto assunt sancti dei et maxime
illi sancti quos homo colebat dum vixit rogantes pro anima et
dicentes domine qui descendisti de celo peccatores salvos facere
pro amore beate matris tue miserere huius anime fratris nostri
vel sororis nostre Quibus peractis anima huiusmodi deducitur
per angelum suum bonum ad purgatorium et statim angelus
suus malus et alii angeli mali ab eo recedunt quasi confusi
et confutati dolentes de eius salvatione Et hec modo meritum
passionis christi et virginis marie beneficium cum intercessione
sanctorum iuvant homines in morte sua Tunc prior interrogavit
eum utrum homo in morte sua posset videre ihesum christum Et
beatam virginem mariam et alios sanctos sub propria forma
eorum Respondit quod non nisi esset ita sanctus quod non esset purgandus
in purgatorio Cui prior modo mihi videtur quod non sunt vera
omnia que dixisti Innuisti enim per verba tua quod omnes sancti isti
assunt homini in morte ad confortandum eum quod minime fieret
nisi eos videret Respondit spiritus quod sancti assunt in morte
hominis Et maxime illi sancti quos ille iam superstes colebat
sed tamen moriens non debet eos propter hoc videre sub
forma eorum quia si sic cum non sit alia beatitudo quam videre
xpm in propria forma essentie sue sequeretur quod homo

moriens statim in morte sua foret beatus quod est falsum
Tunc prior interrogavit eum Si spiritus sciret facta homini
et amicorum suorum postquam exuti fuerint a corpore Respondit
quod sic Tu ergo scis mihi dicere de quo missam celebravi
hodie Respondit prior tu celebrasti hodie missam de spiritu
sancto Cui prior modo video quod tu es spiritus fallax quia non
celebravi hodie missam de spiritu sancto immo missam
de requiem dixi pro animabus omnium fidelium defunctorum
Respondit spiritus O prior bene scio quod missa tua fuit de requiem
et tamen non mentior quod dixi quod celebrasti de spiritu sancto in missa
hodie Nam cum queritur aliquid ab aliquo illud quod propinquius
insidet corde illud ore citius profertur Nam ex habundancia
cordis os loquitur Sed inter omnes missas celebratas
vel celebrandas propinquius adiacet menti mee missa
de spiritu sancto et missa de trinitate et tales misse me modo
iuvant plus quam alie missa et dicam tibi causam in quo
dum vixi in hoc seculo totum visum et sensus meos et corpora
lem potenciam meam sepe expendi in diversis peccatis
cum tamen totam fortitudinem meam debuissem expendisse
in obsequio divino deo patri exhibendo fortitudinem
meam Nam pater est potens et ab eo derivatur omnis potencia
michi et aliis secundum mensuram devocionis sue Et sicut

peccaui p fortitudinem et potenciam meam contra deum patrem
cui attribuitur omnis potencia Similiter peccaui p sensum meum
contra deum filium cui attribuitur omnis sapiencia Nam sapiam meam
michi ab eo traditam impendi circa huius mundi fallacias
et vanitates Similiter peccaui contra spiritum sanctum cui attribuitur
omnis gracia et benignitas nam bona naturalia mea ut
pulchritudinem eloquenciam et effabilitatem admisi et donaui
circa peccata huius mundi Carnis et dyaboli de quibus licet
confessus fui tamen non toti trinitati non satisfeci in vita mea
Ideo saluator meus disposuit ut michi retulit angelus
meus quod misse celebrate de trinitate pro me plus quam alie
misse debent iuuare Et quia sepius peccaui contra benignitatem
spiritus sancti volendo plus habuisse de dono mundano quam benignitas
spiritus sancti voluit michi impartiri Ideo modo ad satisfaciendum
spiritui sancto propter peccata mea in hac parte plus vale-
bunt misse michi celebrate de spiritu sancto pro me quam alie misse
Et vero Tu prior hodie in missa tua habuisti post principalem
oracionem de spiritu sancto memoriam habuisti Que quidem oracio
michi plus valuit quam omnes alie oraciones quas dixisti
in missa tua Ideo magis inde gaudebam quam de residuo illius
misse quod transiuit ad subsidium et remedium omnium animarum
in purgatorio Sed illa mencio fuit michi speciale
sicut residuum fuit commune omnibus aliis animabus ergo non

mentior quando dixi celebrasti hodie de spiritu sancto. Tunc prior
interrogavit eum pro quot hominibus seu animabus potest unus sacer-
dos celebrare ita quod omnes eque percipient de effectu misse.
Respondit spiritus quod unus sacerdos simul et semel pro omnibus
fidelibus vivis et defunctis posset celebrare et quilibet
eorum habet integram missam nam virtus sacramenti corporis
Christi extendit se ad omnes quia sicut Christus qui est deus et
homo semel levatus in cruce se totum obtulit deo patri
pro salute totius generis humani. Sic in missa cuiuscumque
sacerdotis offertur Christus totus in sacramento altaris pro
salute omnium fidelium unde adeo potest sacerdos celebrare
pro omnibus simul sicut pro duobus et melius. Nam hec est
differentia inter bonum spirituale et bonum temporale. Bonum enim temporale
quanto plus partitur pluribus tanto minus est in se. Unde si
dividas unum pomum in plures partes quanto magis dividas
illud in plures partes tanto magis diminuitur in se. Sed
contra bonum spirituale quanto magis partitur tanto magis aug-
mentatur ut si doceas plures orationem dominicam ipsa oratio
in se nichil diminuitur sed maior inde eius est inde pro
effectus quam a pluribus dicitur sic est de missa sacerdotis cuiuscumque.
Nam effectus misse tanto maior est in se quanto ad plures
homines vivos seu mortuos se extendit. Cui prior. Quomodo
est quod scriptura dicit quod anime amicorum possunt liberari per missas

oraciones elemosinas speciales in dilectione dei et proximi factas
Et tamen tu dicis quod misse celebrate pro omnibus plus valent
Respondit dico quod quilibet sacerdos missam celebrans duo ~~debet~~ facere
debet Primo debet specialiter dirigere mentem suam ad deum pro illo
vel illa vel illis pro quibus specialiter tenetur Deinde pro
omnibus debet devotionem habere generaliter primo modo misse dicuntur
speciales et iuvant nos existentes in purgatorio pena
Et isto modo ego Gildydo sum liberatus a pena purgatorii
per quatuor annos citius quam debuissem de termino constituto
pro peccatis meis hoc enim unum cognatum pauperem religiosum
quem sustentavi in scolis Benedicte per quinque annos et ipse
pro me devote orat deum eius orationibus sum modo adiutus quod non
ero in pena nisi ad pascha et si volumus hoc probare verum
esse venias tunc ad locum istum et si me tunc non audieris
scias me tunc in celo esse quod et idem prior cum aliquibus de
familia pape ita fuisse invenit ut dixerat Item prior
interrogavit Si sciret utrum deus esset in celo in quo fuerunt
omnes sancti eius Respondit prius dixi tibi quod nondum fui in celo
et ideo nescio tibi aliquid dicere quam quod est mihi revelatum cum dixit
michi angelus meus Esto in hac pena usque ad pascha
et tunc videbis regem glorie sedere in diademate suo cum
angelis et sanctis eius Et ego respondi quando mihi hoc innotuit
longum est illud tempus et benedictus altissimus qui fecit
miam cum iusticia Item prior interrogavit quem plus posset

iuuant homines in purgatorio Respondit speciales misse specialiter
celebrate pro illis in quibus maiorem deuotionem habuerunt
in vita sua Cui prior ad quid tunc deseruit illud officium de requie
quod est specialiter assignatum pro mortuis Respondit illud officium
maxime conuenit quando aliquis voluit celebrare pro omnibus animabus
Et causa est quare illud officium de requiem pro illitteratis
et laycis qui non credunt alias esse proprias pro defunctis Item
prior interrogauit ex quo dicis quod misse speciales plus
iuuant in purgatorio que suffragia exceptis missis
plus iuuant animas Respondit psalteria et psalmi maxime
Septem psalmos penitentiales cum letania Cui prior hoc modo
videtur inconueniens [illegible] Christus composuit pater noster et angelus
Aue maria Et duodecim apostoli credo Septem psalmos
fecerunt dicta papa et doctores ecclesie quorum nullus potuit
nec potest attingere sanctitatem Christi vel angeli vel sanctificatio alicuius
apostoli ergo videtur quod eorum ordinatio de septem psalmis
non est ita auctentica et per consequens non est ita valida
pro animabus sicut pater noster et aue maria et credo Respondit
spiritus quod pater noster Aue maria et credo in quantum ad sanctitatem
componentium sunt meliores et validiores orationes dicende
in accidentia Christi excepta missa que est oratio principalissima Sed
tamen Septem psalmos cum letania quantum ad intentionem
ordinantium sunt orationes deuotissime animabus in purgatorio

Nam sancti patres sanxerunt septem psalmos dicendos
in remedium septem peccatorum mortalium Ita quod contra
superbiam dicatur primus psalmus Domine ne in furore quia deus
angelum luciferum per superbiam deiecit et in inferno
destituit eum in furore suo et sic de aliis septem
psalmis Item prior interrogavit cuius valoris utilitatis
esset placebo et dirige pro animabus Respondit O prior in
placebo disponunt animam quo ad decem preceptorum complecionem
Novem psalmos in dirige disponunt animam in purgatorio ad
aliquem gradum novem ordinum angelorum Et novem
antiphone cum tribus versibus duodecim articulos fidei
quos credidit secundum doctrinam ecclesie Et novem lectiones confor
tant animam quo ad novem status in purgatorio Nam quelibet
anima ibidem existens aut tenet statum paupertatis aut potestatis
aut senectutis aut iuventutis aut virginitatis aut coniugati
aut viduitatis aut clericorum aut laycorum Nam in quo
gradu et in quo statu quis hic peccaverit eodem statu et
gradu ibidem punietur. Quinque psalmos de laudibus mortuorum
confortant hoc animas quo ad quinque sensus quibus mediantibus
deo non servierunt et dyabolo peccaverunt Et quinque etiam
psalmos de laudibus recreant animam in purgatorio ad
quinque potencias suas quas dedit deus animabus hominum
Nam deus anime cuiuslibet hominis creavit tres potencias.

quibus ipse dno assimulat. Et duas creavit quibus
silant aliis creaturis a deo creatis p potentiam memorativam
aia assilat deo pri p potentiam intellectivam deo filio
p potentiam voluntativam deo spiritui sco Et p potentiam
vegetativam aia assilantur arboribus p potentiam progressivam
vel sensitivam aia assilat aiabus brutis Et pris magnificat
et benedictus p mortuis confortant aias in purgatorio
quo ad divinitatem et humanitatem in quibus aie cum purga
te fuerint debent magnificare et benedicere dnm ihm xpm
in celo sine fine due antiphone que dicuntur cum istis duobus
psalmis significant societatem angelorum et societatem
scorum quam habent aie purgate post suam purgationem
Et due collecte que dicuntur in placebo et dirige sunt
gratiarum actiones quas reddunt deo aie exute et liberate
a purgatorio Et hiis dictis Spus cepit ingemiscere flebili
voce dicens O prior interroga me velociter quia vis
quia tempus festinat quia sicut me oportet propter
penam aggravantem Cui prior possumus nos tibi in
aliquo subvenire ad pene tue alleviationem Respondit
quod sic Si velitis bona devotione dicere pro me quinquies
ave maria quod statim devote fecerunt quo facto Spus
dixit Regratior deo et vobis modo refocillatus sum ut
melius loquor vobis Tunc prior interrogavit possunt

ne demones videre corpus xpi in altari. Respondit quod sic
et luculentius quam homines et illud adorant velint nolint.
Cui prior possunt ne impedire consecrationem corporis xpi
in missa. Respondit quod non nisi in aliquibus sacerdotibus
qui indevote et indigne accedunt ad altare ut nullis
qui in aliquo peccato mortali celebrant. In talibus sacer-
dotibus aliquando accidentaliter vel subsequenter habet
dyabolus potestatem impediendi consecrationem corporis
verumtamen nisi boni angeli adessent in missis mali
angeli antecedunt impedire sacerdotes ne debite consecra-
rent in miscendo eis vanitates et varias cogitationes.
Tunc prior est ne aliquod remedium contra hoc malum
demonum. Respondit quod sic puritas conscientie devotio anime in
oratione. Est ne oratio aliqua competens ad malum illud
tollendum ne sacerdotes sic distracti sint in missa
ex huiusmodi temptatione antiqui hostis. Respondit si sacer-
dos mundo corde et devota mente dixerit ante missam
illam orationem quam beatus augustinus propter tale malum
edidit vix tunc temptaretur a dyabolo in missa sua que-
quedam oratio sic incipit. Summe sacerdos. Cui prior
vidisti ne corpus cristi antequam huc venisti. Respondit quod sic
Nam illud iam video et adoro coram pectore tuo in quadam
pixide pendente ex qua visione multi admirabantur
tam fratres quam alii audientes quia nullus sciunt priorem

corpus xpi detulisse. Alio modo quam secundum consecrationem quam
illo die sumpsit in missa. Tunc prior extraxit pixidem
a sinu suo tenens eam patenter in manibus suis dicens
si credis quod hic sit corpus xpi et omnes spiritus illud adorent
et eius virtuti resistere non possunt. Tunc in virtute huius
corporis xpi precipio tibi ut sequaris me usque ad portam
huius domus exteriorem. Respondit libenter sequor dominum meum
ihesum xpm quem tibi manibus tuis tenes. Tunc prior
lento gressu cepit ire versus dictam portam precedentibus
eum duobus fratribus suis cum aliis pluribus hominibus. Ipse
autem prior a tergo respiciens nichil eum sequi videbat
immo quendam mirabilem sonitum scopea mundante pani
mentum retro se audiebat et cum pervenit ad lectum uxoris
in sinistra parte illius parve camere ubi uxor illa fuit
statim illa cepit stridere dentibus suis et clamavit
admodum melius mulieris furiose ad quam omnes
cucurrerunt que subito facta est examinis. Prior hoc
advertens statim redijt ad predictum scabellum. Illa autem post
modicum intervallum silentibus omnibus cepit clamare dicens
Domine ihesu xpe qui me redemisti adiuva me in ista
fatigatione. Prior interrogavit spiritum in virtute passionis
xpi quare uxor fuit sic vexata. Cui spiritus ipsa sic
causam tristicie sue interroga ipsam si scire vis causam
Ad quam prior o bona domina indica mihi causam istius tristicie

que nichil respondit. Tunc prior ad spiritum. Adiuro te per dei
potenciam et per virtutem incarnacionis filii dei et per lac beate
virginis et per merita omnium sanctorum quare illa sic patitur. Respondit
ex quo omni modo scire vis causam dico quod pro quodam enormi
peccato quod simul commisimus in hoc loco de quo ambo sumus
confessi. Sed quia pro illo peccato illa ex negligencia sua nondum
satisfecit ideo deus modo extorquet ~~ipsam~~ inde penam ab ea.
Cui prior dicas michi hoc peccatum ut per me alii possunt premuniri
ne committatur illud peccatum vel aliud simile. Respondit deus non valet
ut prodatur illud peccatum quod per confessionem deletur. Sumus enim confessi
virtute cuius confessionis deus oblitus est illius peccati quo ad
culpam licet non quo ad penam. Ideo deus michi et sibi modo infligit
penam propter illud peccatum ut illud ex toto tam ad penam quam
ad reatum deleatur. Quod enim deletum est a noticia dei non est
rationabile ut reducatur ad noticiam hominum. Preterea extraneum et ignotum
peccatum non est extraneis et ignotis innotescendum ne quod absit
homo peccatum iterum committatur. Sed predica hominibus ut integre
peniteant et ~~confessione~~ penitenciam in confessione iniunctam
adimpleant. Nam ad premunendum aliquos de periculo deus permisit
me loqui tecum. Tunc prior interrogavit quare non venisti ad
viros religiosos et indicasti eis de statu tuo cum religiose
persone ~~sunt~~ sint prestanciores in obsequio divino quam seculares.
Respondit quod plus dilexi uxorem meam quam omnes religiosas personas
de mundo et ideo prius accessi ad eam. Nam quando adductus fui
huic pene rogavi dominum meum ut posset intimare uxori

mee de periculo precauendo admiuit mihi deus quod sit eam conturbaremus
ne ipsa perderetur et ne in purgatorio puniretur sicut ego
modo punitus sum. Cui prior quomodo potest loqui et non habet et lingwam
que sunt instrumenta loquendi. Respondit sicut carpentarius cum securi
qui est paratus ad quodlibet lignum scindendum et tamen non
potest applicari lingwo sine manibus hominis sic homo in presenti
vita non potest loqui sine lingwa et licet lingwam habuerit
tamen non potest per omnia loqui nisi ipsa in terminis virtute anime disponatur
unde totum corpus hominis non est nisi instrumentum anime cum anima libere
per se habet omnes virtutes suas et ideo libere potest loqui in genere
suo sine aliquo instrumento corporis nec valet quod tu supponis quod licet
nullus loquitur sine lingwa et ore. Nonne legitur in sacra scriptura
quod deus et angeli voces formabant et loquebantur sine lingwis
Sic ego spiritus virtute loquor tibi sine lingwa. Cui prior
utrum anime dum iudicantur esse in purgatorio sint in corporibus
sine quibus corpora. Respondit anime antequam exeant a corporibus
videbunt facta sua bona et mala et angelos suos bonos et
malos minus clare et magis clare secundum quantitatem peccatorum
et tunc in illa parua morula iudicantur esse in purgatorio
aut in celo aut in inferno et ibi in instanti perducitur. Ubi
debet esse nam sicut sole oriente lumen eius diffunditur
statim per totum emisperium suum nisi impediatur ab aliquo
obstaculo. Sic anima adiudicata purgatorio et in instanti
illuc deducitur nisi immediate fiant orationes et elemosine

p ea impedientes illam aiam deduci ad purgatorium quod clerus
et tante orationes et elemosine p aliqua aia possent fieri
q ipa stabit in aere expectando beneficium mie xpi sicut
fiebat hodie ~~Bonome~~ in villa Bonome de quodam fre morienti
qui adiudicatus fuit p angelum ad comune purgatorium
sz ipe rogavit fres suos q ille misse q debito iure ordinis
sui deberent celebrari celebrarent de bta virgine ante exitum
aie sue et ita factum est Vn postquam angelus dixerat aie
q p tres menses staret in comi purgatorio supervenit ipa
bta virgo bta rogans filium suum p ipso fre ita q aia
eius hodie p spacium duarum horarum stare in aere caliginoso
expectando beneficium mie et venie xpi q quedam aia ad
pcem bte marie virgis no stabit ibi nisi ad horam primam transeunte
diei Tunc prior Que sunt opa quibus eius pervenitur ad celum
Respondit opa caritatis facta in dilcone dei et proximi Tunc prior
de quo gne homini sunt plures in purgatorio Respondit q de
gne peccatorum Nam nullus ibi venit nisi fuit peccator
Tunc prior interrogavit eum Si sciret quis foret melior
vite in toto mundo Respondit cum nos deus hoc scire Nam scriptum
est Ne laudaveris hominem in vita sua sz lauda post mortem
et consumationem Nemo scit dum vivit utrum amore vel
odio dignus sit Io vita nullius preferat in hoc mundo
donec adductus fuit coram iudice Sicque ad questionem
tuam qui homines erunt maiores merito vel melioris vite
Respondeo qui melius vixerunt et sanctiores decesserunt

Tunc prior interrogauit eum si sciret quis status esset
maioris perfectionis inter omnes status huius Respondit
in omni statu aliquid dignum laude in uerno et aliquid dignum
calumpnie in proprio Ideo nullum statum in hoc mundo nec laudo
nec vituperio Sed laudo quod unusquisque in illa vocatione
qua vocatur sollicite deo seruiat Cui prior Que est
maior pena purgatorii Respondit quod flamma ignis
et frigus niuis transimus enim ab aquis niuis ad
calorem nimium Item prior utrum deus est magis misericors
aliquibus animabus quam aliis in purgatorio Respondit
quod sic Quia aliquibus remittit quartam partem pene debite
correspondentibus culpe sue Aliquibus autem tertiam
partem Et aliquibus secundam Item quod ipsi fuerunt misericordes
in mundo Et secundum quod magis uel minus rogetur ab amicis
in mundo uel sanctis in celo Cui prior qualem penam habes tu
Respondit flamma ignis Cui prior hoc non videtur verum quia in
rebus creatis deus idem agit contra eadem naturam
sed flamma ignis est quoddam corporale Et nullum corporale
in quantum corporale potest agere in aliquid spirituale Sed tu es spiritus
ut dicis ergo flamma ignis que est corporalis non potest
aliquid agere in te Respondeo ad argumentum quando dicis quod
deus nichil agit contra naturam rerum creaturarum hoc
fallit quia deus aliquando per miracula facit multa contra naturam

sicut fecit de tribus pueris Sidrach misac et
abdenago missis in ignem babylonis et tamen ignis
nichil egit in eos ~~a naturali actione~~ Unde sicut deus
per omnipotentiam suam saluos facit eos a naturali actione
ita per omnipotentiam suam fecit quod flamma ignis non
facit in me Quando enim dicis quod nullum corporale agit
in spirituale dico quod hoc non est verum Nam ignis infer
nalis est quoddam corporale et agit in demones qui
sunt spiritus maligni sicut tu legis in euangelio
ipsum dicturum dampnatis Ite maledicti in ignem eternum
qui preparatur diabolo et angelis eius Tunc dixit prior
si ergo tu es in igne inflamatus quomodo est quod camere
hic non comburitur ab illo igne exquo tu es in ea cum
flamma ignis Cui spiritus ad hunc modicum lumen
sapientie est mee Nonne dixi supra quod deus potest abstrahere
flammam ignis seu virtutem ne agat in combustionem
sibi oppositorum sicut fecit de tribus pueris et in
quinquaginta rethoricis ad fidem conversis per sponsam
suam kathermam Similiter tu vidis corporaliter quod
ignis fulguris descendit de celo sine combustione
alicuius domus tamen quando ignis comburit scias quod hoc est
signum vindicte sicut autem video quod sol penetrat vitrum
per medium fenestre sine lesione eius Sic ergo spiritus

inflammatus possum ingredi hanc domum sine eius detrimento
Cui prior an anima immediate post exitum suum a corpore habeat
sciam de rebus naturalibus Respondit quod sic Tunc prior quare
ergo ex quo habes talem sciam non loqueris michi liberaliter
in omnibus Respondit Non possum quia voluntas dei non est
ut ad omnia respondeam Et hoc dicto cepit spiritus ipse quasi ingenis
cens lamentari Prior autem timens ne spiritus nimis
fatigaretur opponibus suis dixit Creatura dei dimitto te ad
dominum qui det tibi requiem quam optas sicque dimisit eum libertati
sue extunc nocte illa nichil ulterius audierunt Post hec in
vigilia epyphanie ad maiorem certitudinem de isto casu
habendam prior iterum illuc iuit et adduxit secum tres fratres
cum multis secularibus et in presentia omnium ibidem astantium
dixerunt officium mox mortuorum cum multis specialibus
orationibus tandem pulsatis matutinis in monasterio beati
Germani audierunt eundem sonum quem in prima apparitione
perceperunt Tunc illa quesivit uxor defuncti assistens cum
magna comitiva mulierum multum timens signavit
se statim signo sancte crucis Prior fecit eam alloqui spiritum
ut prius querendo sicut prima vice An ibi esset spiritus
Gwydonis quondam mariti sui Respondit spiritus quod sic Tunc
prior et alii circumstantes appropinquaverunt voci ita quod secundum eorum
estimationem vox illa erat in medio eorum Prior autem

credens quod tam diu staret secum sicut fecerat in prima vice
non restrinxit eum ad manendum sed tantum adiuravit eum hoc modo
Adiuro te per meritum et virtutem passionis ihesu cristi et per preciosum
sanguinem in sancta cruce pro redemptione generis humani effusum ut
michi dicas si cognoscas me Respondit tu es prior Tunc prior
interrogavit eum Credis tu filium dei vivi vivi carnem
humanam assumpsisse remanente integra et inviolata
virginitate gloriose matris cristi Respondit extollens vocem
suam hoc est quod angeli in celo vident Anime in purgatorio
sentiunt demones in inferno credent et homines in mundo
adorant Item prior interrogavit si peccata confessa replicantur
in morte Respondit quod sit saltem illa de quibus non est satisfactum
Item prior quesivit Si indulgentie per se acquisite possent sibi
proficere si ipse se ex eis exueret et eum indueret eisdem
Respondit quod sic Cui prior resigno tibi omnes indulgentias quas
per unum annum acquisivi et eas quantas est michi possibile tibi
confero Tunc spiritus dixit Gratias ago deo et tibi iam bene
confortatus sum Cui prior Quare spiritus abhorrent adorant lumen
Respondit quia sunt in tenebris ad tempus Item prior Quid agit
corpus proprium ad demones Respondit terret eos et multum
cohibet eorum proterviitatem Item prior pro quibus peccatis
vexantur sic anime post mortem corporis Respondit quinque
propter maledictionem patris aut matris aut patris ecclesie
iustam et contemptam Et aliquando propter occulta peccata

en vnma de quibus homo negligit penitere Item por-
interrogauit causam quare ipse spus pocius quam alius
apparuit et cito euanuit spus et fuit oibus visum quod
ab ipso medio inter eos transijt ventus qui eos ad
modum debilis sufflauit qui eos ad modum debilis sufflauit
Et extunc nichil vlterius auditum fuit in illo loco vnde opina-
bantur quod residuum penitencie compleuerit in purgatorio quia
hec omnia probata sunt coram dno papa Johanne xxij
Et iterum in die pasche misit illuc et non inuenit dictum
spm vnde creditur quod iam regnat in celo ad quod nos
perducat qui sine fine viuit et regnat Dns noster
ihesus cristus in secula seculorum benedictus amen

Explicuit reuelaciones Gwydonis sub Anno dni
millesimo quadringentesimo vicesimo feria tercia
post festum Epyphanie dni Fr. hermannus van loen



TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Centimeters
Inches